

MAGISTRI HONORII

SUMMA QUAESTIONUM

‘DE QUAESTIONIBUS DECRETALIBUS

TRACTATURI’

SECUNDA DISTINCTIO

Textus

Ediderunt

NIELS BECKER • WALTRAUD KOZUR • KARIN MIETHANER-VENT

< SECUNDA DISTINCTIO >

D.2 t.1 de simonia

q.1 Queritur utrum ei conferatur gratia in ordinatione quem episcopus ordinat obtentu muneris sibi ab aliquo ignorante ordinato collati.

Et uidetur quia proprium est ordinis, ut cum eo gratia conferatur, at delictum istius non est impedimento quominus conferatur, cum per
5 omnia sit dignus, nec alienum delictum debet esse impedimento, ut i. Q. iiiii. § Notandum, Q. vi. § ult., ergo confertur. Item: 'Gratia, si non gratis datur uel accipitur, non est gratia', ut i. Q. i. c. i. Ergo, si gratis accipitur uel datur, est gratia; set gratis accipitur, ergo est gratia.

Econtra: Si gratia non confertur, non habetur, set gratis non confertur,
10 ergo non habetur, uel non gratis potest conferri. Set impossibile est non gratis posse conferri, ut ∴. Ergo impossibile est eam haberi uel haberi potest etsi non conferatur.

Solutio: Dici debet gratiam conferri. Set a quo? Ab episcopo ut instrumento non causali set occasionali.

15 **q.2 Item queritur** utrum gratia possit uendi.

Et uidetur quia ordo de facto potest uendi. Set gratia sine ordine non prouenit, que secundum G. dicitur sanctitas sacerdotii, ergo ratione comitantie et gratia similiter de facto.

tit. 14 *linearum spatium praem.* P fol. 60^{va}, De simonia *marg.* P fol. 60^{vb}, De symonia *supra in lin. (rubr.) et marg.* D fol. 14^{rb}

q.1 6 § Notandum] Set notandum (*forsan* C.1 q.1 in p.c.39) Z, § Iam itaque (C.1 q.4 c.8) L 7-8 non est gratia - accipitur² *marg.* P 7-8 ut - gratia¹ *om.* Z 10 non²] potest *add.* P 10-13 Set - conferri *marg.* P 10 est *om.* P 11 ∴ P, ∴, L, ∴ La, i. Q. i. c. i. B, *om.* Z, i. D est *om.* P 13 debet - conferri] potest debet gratiam conferri La, potest quod gratia (gratis *praem.* B) confertur ZB

q.2 17 prouenit P

q.1 6 C.1 q.4 p.c.12 §1; C.1 q.6 p.c.3 7 C.1 q.1 c.1 11 *ut* ∴. sc. C.1 q.1 c.1

q.2 17 G. cf. Weigand, *Gandulphusglossen*, p. 30 (196*) no. 9 ad C.1 q.1 c.1

Econtra: 'Gratia, si non gratis datur, non est gratia', ut ∴ Set si
 20 uenditur, gratis non datur. Ergo si uenditur, non est gratia. Item
 considerata distinctione inter spiritualia pretiabilia de facto et non de
 iure, et de facto et de iure, et nec de facto nec de iure apparet gratiam
 nec de facto nec de iure posse uendi.

Solutio: Vendi non potest. Reus tamen dicitur gratie uendite episcopus
 25 quia quantum in eo fuit uendidit, sicut hereticus dicitur polluere corpus
 Christi quantum in eo est, ut i. Q. i. Quod quidam.

q.3 Item queritur utrum si aliquis eligatur diaconus ut fiat decanus,
 cum nolit ordinari in sacerdotem nisi fiat decanus, utrum simoniace
 ordinetur.

30 **Et uidetur**, tantum enim intuitu adipiscende dignitatis promouetur et
 alias non ordinaretur, ergo simoniace ordinatur.

Econtra: Iste excusatur consuetudine generali que est talis, immo
 etiam scripto iure quod taliter ordinationem posse fieri declarat, ut
 di. lx. c. i., ii. et iii. Si de iure taliter potest ordinari, ergo iuste, ergo
 35 bene, ergo sine peccato, ut xiiii. Q. iiii. Quid dicam.

Solutio: Cum de intentione solus Deus iudicet honesta uidetur pro-
 motio quoad exteriorem speciem, cum alioquin uniuersalis ecclesia de-
 linqueret.

q.4 Item queritur utrum uendere sententiam sit simonia.

40 **Et uidetur** quia sic uenditur iustitia que uirtus est et ita res quasi
 spiritualis uenditur; unde committitur simonia.

Econtra: Sententia hec nec est spiritualis, nec sacra, nec sacre rei ad-
 nexa, ergo eam uendere non est simonia.

Solutio: Non est simonia, est tamen enorme crimen, ut xiiii. Q. v. Non
 45 sane. Set quid de sententia lata super re spirituali? Resp.: Hic credo
 esse simoniam, cum uendita sententia per medium res adiudicata uendi
 intelligatur, arg. i. Q. i. Nullus episcopus, antepenultimum capitulum
 est.

q.2 19 ∴ P, ∴ L, ∴ La, i. Q. i. c. i. B, om. ZD 24 dicitur - episcopus] utitur gratia
 vendita episcopi Z 25 hereticus dicitur polluere] hereticus donec pollueret Z

q.3 32 excusatur] excommunicatur P 33 etiam om. PZ

q.4 42 Econtra] Item D nec sacre om. P

q.2 19 ut ∴ sc. C.1 q.1 c.1 26 C.1 q.1 c.97

q.3 34 D.60 cc.1-3 35 C.14 q.4 c.11

q.4 44-45 C.14 q.5 c.15 47 C.1 q.1 c.124

q.5 Item queritur utrum matrimonium emere sit simonia.

50 **Et uidetur** quia matrimonium est magnum in Christo et ecclesia sacramentum et 'est coniunctio spiritualis', ut xxvii. Q. ii. In omni, ergo illud uendere est simonia. Set qualiter potest uendi? Puta per consensum pretio intercedente qui solus est effectus matrimonii, ut xxvii. Q. ii. Sufficiat.

55 **Ēcontra:** In ueteri testamento reperitur matrimonium fuisse emptum, ut xxxii. Q. ii. Honorantur. Quod quidem si esset peccatum et preterea matrimonium ita significat rem sacram quod eam non efficit, set nec confertur gratia, ut xxxii. Q. ii. Conubia. Et ita non uidetur illud emere simonia.

60 **Solutio:** Secundum G. simonia esset, secundum alios nequaquam, et hoc uidetur uerius.

q.6 Item queritur utrum si quid detur episcopo ut aliquid omittat agere circa spiritualia, committatur simonia.

Et uidetur quia Euthenius et Thomas simoniaci reputantur quia ob munus ab episcopi accusatione destiterunt, ut ii. Q. iii. Euthemium, set accusatio huiusmodi est quasi spiritualis, cum ex ea sequatur depositio que est spiritualis, ergo dare aliquid ut omittatur aliquid agi circa spiritualia est simonia. Item dare episcopo ut suspensionem alicui relaxet est simonia, ut i. Q. i. c. antepenult. Set hoc est dari ut omittatur uel haberi permittatur, ergo in hoc casu simonia committitur.

70 **Ēcontra:** Licite datur ut agi omittatur uel haberi permittatur in electione, ut lxiii. di. Agatho; item in serui ordinatione, ut di. liiii. Generalis, Ex antiquis; in quauis spiritualium inquietatione, ut xxiii. Q. ult. Tributum; in relaxanda suspensione, ut xi. Q. i. Inolita, Placuit.

q.5 50-51 in Christo - sacramentum] sacramentum in ecclesia Z 58 confert gratiam B 58 Q. ii. om. LaZ 60 G.] quosdam L

q.6 62 queritur om. PLa 64 Euthenius cf. an. 60 Friedb., Eufemium Friedb., Ethenius L, Euthemius La, Eleutherius Z, Enthemius B, Euthenius D 65 minus P 65 Euthemium cf. an. 60 Friedb., Eufemium Friedb., Enthenium L, Euthemium LaZB, Euthemium D 65 desistiterunt P 66 accusatio huiusmodi] actio eius B 67 ergo] Solutio B agi] uel agatur B 69 i. Q. in c. antepenult. La 74 relaxandi PL Inolita LD, Inclita PLaZ

q.5 49-59 Cf. Hon. S. Decr. ad C.32 q.2 c.13 51 C.27 q.2 c.36 53-54 C.27 q.2 c.2 56 C.32 q.2 c.13 58 C.32 q.2 c.4 60 secundum G. cf. Weigand, *Gandolphus-glossen*, p. 40 (206*) no. 1 ad D.23 c.3

q.6 62-70 Cf. S. Lips. ad C.2 q.3 c.7 65 C.2 q.3 c.7 69 C.1 q.1 c.124 72 D.63 c.21 72-73 D.54 cc.12,9 73-74 C.23 q.8 c.22 74 C.11 q.1 cc.42,43

- 75 **Solutio:** Secundum quosdam numquam committitur simonia in omittendo. Nec Euthemius ideo censetur simoniacus quia destitit, set quia munus spirituale exceptit. Igitur simoniacus non fuit ex culpa destitutionis set ex qualitate muneris. Set nec in illo capitulo \circ aliquid omittitur set faciendum inhibetur, ne scilicet restituatur officium.
- 80 Suspensio ergo infligenda non potest redimi. Set quid de infligenda? Resp.: Secundum S. quelibet infligenda potest redimi, arg. di. l. Clerico. Secundum h. et iniusta suspensio infligenda potest redimi; secus de iusta. Nec in primo casu dicitur suspensionis redemptio, set iniuriarum liberatio, quo solo casu circa spiritualia ut iniuste agi omittatur, licite
- 85 datur.
- q.7 Item queritur** utrum super decimis liceat transigere.
Et uidetur, arg. in extra. de pactionibus licitis Statuimus, Contingit.
Econtra: Transactio rei iudicate auctoritatem obtinet, set adiudicare alicui decimas sub obtentu muneris hoc est simonia, quia hoc esset
- 90 emere, nec ergo super eis licet transigi. Item uenditio et transactio equis passibus ambulant, ut x. Q. ii. Casellas. Set non permittitur uenditio, ergo nec transactio. Item super expensis factis in lite de decimis non licet transigere, ut in extra. de pactionibus licitis Cum pridem, Constitutus, ergo longe minus super ipsis decimis.
- 95 **Solutio:** Secundum S. in eo solo casu licita est transactio, ubi is qui eas detinet contumaciter renuit satisfacere et constat de iure petitoris. Quo casu aliquid licite datur, alias autem nequaquam.

q.6 76 Euthemius cf. an. 60 *Friedb.*, Eufemium *Friedb.*, Enthenius L, Euthemius La, Euletherius Z, Enthemius B, Euthenius D 77 non] si P ex culpa] de culpa *add.* P 78 destitutionis LZB, desitionis PLa capitulo \circ P, capitulo :- La, S^o D, capitulo LZB 80-81 Resp. - infligenda *om.* D 81 Secundum S. La, S. L, secundum G P^{re}, Secundum quemlibet Z, scd'is B 82 h. et P, et h. L, S. et h. La, st' in hunc Z, S. et B, S. et h' D 82 iniusta suspensio] iusta possessio B 83-84 dicitur - casu *arg.* P 84 agi] aget P, coget Z

q.7 89 hoc est simonia] et *praem.* P 92 factis in lite de decimis] factis de decimis illicite B 93 in] ita P 95 S.] quod Z, G. D 96 renuit satisfacere] retinuit satisfactionem B

q.6 78 C.2 q.3 c.7 80-84 *Suspensio - liberatio* cf. Hon. S. *Decr.* ad C.16 q.7 c.7, lin. 10-14 81 *Secundum S.* cf. Weigand, *Studien z. Werk Stephans*, p. 356 (174*) no. 9 ad D.82 c.5 argumento D.50 c.37; var. G non invenimus; D.50 c.37 82 *Secundum h.* - non invenimus; var. S, cf. supra ad lin. 81

q.7 87 JL 14191; WH 995; *App.* 28.3; 1 *Comp.* 1.27.2 (X 1.36.2) JL 13868; WH 207; *App.* 28.5; 1 *Comp.* 1.27.3 (X 1.36.3) 91 C.10 q.2 c.1 93 JL 13924; WH 294; *App.* 28.2; 1 *Comp.* 1.26.4 (X 1.35.4) 94 JL 14103; WH 173; *App.* 28.6; 1 *Comp.* 1.27.4 (X 1.36.4) 95 *Secundum S.* cf. Weigand, *Die Glossen z. Dekret*, p. 115 no. 566 ad C.1 q.3 c.4; var. G non invenimus

q.8 **Item** posito quod aliquis dederit certam pecuniam episcopo, qui consuevit prebendas dare indignis, ea conditione ut dignis conferret, et
 100 si indigne conferret esset locus repetitioni, **queritur** si conferat digno
 utrum simonia committatur.

Et uidetur quia tantum metu amittende pecunie confert, ergo amore pecunie, ergo simoniace. Et si hoc, ergo magis peccat conferendo digno, quia simoniace, quam indigno, ubi simonia non interuenit.

105 **Econtra:** Isti confert sub nulla pactione. Set nec pro huius collatione aliquid spiritualiter suscepit uel est percepturus, ergo simoniam non committit.

Set queritur utrum sit locus repetitioni.

110 **Et uidetur** quod confert sub certa pactione et obtentu pecunie, ergo indigne confert, ergo non est conditioni paritum, ergo locus est repetitioni.

Econtra: Si omni eo modo confert quo conuenit, ergo conditioni paret. Set omni eo modo confert quia digno prout conuenit, ergo conditioni paruit, ergo non est locus repetitioni.

115 **Solutio prima:** Secundum quosdam collatio talis est simonia non ex persona eius cui confertur, non ex natura ipsius collationis, set ex ipsa praua intentione conferentis. Vel melius: Si facta est in generali conuentio, non est simonia; si super prebenda specificata uel persona nominata, simonia fuit per simile eius quod dicitur de coniuratione que
 120 in generali facta est licita, secus si super re specificata.

In secunda dicatur non esse locum repetitioni, cum secundum utramque solutionum premissarum sit paritum conditioni.

q.9 **Item queritur** utrum aliquo casu prebenda possit alicui conferri sub conditione sine metu simonie.

125 **Et uidetur:** Esto Iudeus paciscitur cum episcopo se conuersurum ad fidem, si uelit episcopus sibi dare beneficium. Conuertitur, confertur sibi beneficium, queritur utrum simoniace.

130 **Et non uidetur** quia in baptisate omnia peccata sunt ei dimissa et inter alia simonia, quia super ea sufficienter fuerit contritus. Et secundum quosdam peccata dimissa in baptisate non redeunt, ergo cum nichil fuerit impedimento nisi simonia quominus ista collatio censeatur canonica nec ea modo impediatur, constat esse canonicam.

q.8 104 simoniace] peccat *supra lin.* P² 110 est] *om.* P 112 Econtra *om.* D
 121 non *om.* P

q.8 98-101, 108 Cf. *S. Lips.* ad C.1 q.2 c.2

q.9 123-124 Cf. *S. Lips.* ad C.1 q.2 c.2

Econtra: Ex conuentione confertur que facit simoniam, ut i. Q. ii. Quam pio, ergo simoniaca est.

135 **Solutio:** Simoniaca est quia constat si peccata dimissa in baptis-
mate redeant, si non redeant, idem est; propter ingratitudinem enim scin-
tillula que remanserit statim accenditur.

q.10 Item queritur utrum Iudeus sit ad fidem attrahendus sub
obtentu muneris.

140 **Et uidetur** quia debet homo alium ad fidem adducere quomodolibet
potest, etiam ‘consolatione beneficentie’, ut xxiii. Q. iiii. c. penult. Item
Iudeis conuersis permittitur haberi pecunia usuraria, ut alii facilius ad
fidem attrahantur, ut in extra. ex concilio Romano Iudei. Ergo uidetur
quod aliquis obtentu muneris possit ad fidem adduci. Item Christiana
145 mulier licite contrahit cum Iudeo sponsalia ea conditione ut conuer-
tatur, ut xxviii. Q. i. Non oportet; ergo sub obtentu muneris ad fidem
potest prouocari.

Econtra: Nec apostolum nec aliquem eorum successorem legimus sub
obtentu muneris aliquem prouocasse ad Dei cultum, ut i. Q. ii. Quam
150 pio; ergo eorum exemplo nemo ita est prouocandus.

Solutio: Quidam dicunt licite posse; credo magis non debere. Et
loquitur capitulum illud 9· de his qui bonum susceptum deserunt qui
quoquomodo possunt cogi. Et illud capitulum ·o· intelligo ut dicatur
illud quod ibi subiungitur causam non notat set consecutionem; alio-
155 quin simonia committeretur. Illud autem capitulum J.(!) arg. est in-
sufficiens uel ad rem non faciens.

q.11 Item queritur utrum, si pater aquam non habeat nec sacerdos
uelit dare nisi pro munere et filius iam in exstasi sit moriturus sine
baptisate, utrum possit aliquid dare.

160 **Et uidetur** quod de puero desperatur de ipso spes habetur quod possit
penitere, quia de nemine ‘est desperandus dum’ superest in hac uita, ut
xxxii. Q. ii. Ancillam, ergo maius dampnum uitari debet, ut di. xiii.
Nerui.

q.10 141 xxiii.] xxxiii. PZ 146 i.] ii. P 151 dicunt LD, om. PLaZB 152 9· P, 9: La,
quia Z, om. LBD 153 ·o· PLa, primo primo L, c. Z, om. BD 154 set BD, om. PLaZ,
uel L 155 J. P, Iudei B, om. LaLZD

q.9 133-134 C.1 q.2 c.2

q.10 141 C.23 q.4 c.53 143 3 *Conc. Lat.* (1179) c.26; cf. 1 *Comp.* 5.5.5 (X 5.6.5)
146 C.28 q.1 c.16 149-150 C.1 q.2 c.2 152 *capitulum illud* 9· sc. C.23 q.4
c.53 153 *illud capitulum* ·o· sc. 3 *Conc. Lat.* c.26; cf. 1 *Comp.* 5.5.5 (X 5.6.5)
155 *Illud - J.* sc. C.28 q.1 c.16

q.11 157-159 Cf. Hon. S. *Decr.* ad C.1 q.1 c.99 162 C.32 q.2 c.11 162-163 D.13 c.2

165 **Econtra:** Nemo etiam minimum mortale eligere debet ut proximo declinet enorme, ut xiiii. di. c. i. Item ordinata est caritas ut suam salutem aliorum saluti preferat. Vnde in hoc casu non debet simoniam committere ut filius saluetur.

Solutio: Secundum G. simoniam in hoc casu committi debere, secundum alios nequaquam, et hoc sanius.

170 **q.12 Item queritur** utrum Iudas uendendo Christum commiserit simoniam.

Et uidetur quia ipse fuit sacre rei signum, immo annexum, ergo id uendere fuit simonia.

175 **Econtra:** Corpus ipsius adhuc fuit mortale, passibile, ergo non erat simonia ipsum uendere, sicut nec si alius communis homo uenderetur. Similiter solet queri utrum sit simonia uendere sacerdotem.

Solutio: Placet quibusdam fuisse simonia, licet quidam dicant fuisse tantum crimen plagii. De sacerdote dici potest, quia si uendatur ad sacrum ministerium simonia committitur, secus si ad alia.

180 **q.13 Item** posito quod aliquis promittat aliquid episcopo cum tamen dandi intentionem non habeat ut ordinet filium, **queritur** utrum sit simoniacus.

185 **Et non uidetur** quia 'simonia est studiosa uoluntas emendi uel uendendi' etcetera. Set iste non habet uoluntatem emendi, ergo non est simoniacus.

Econtra: Promittit se daturum, ergo quoad ecclesiam censeri debet simoniacus, quia 'non est dubium eum in legem committere qui uerba legis amplexus' etcetera.

Solutio: Precise simonia est.

190 **q.14 Item** de conducticiis presbiteris **solet queri** utrum sint simoniaci.

Et uidetur quia uenditur spiritualibus adnexum suum ministerium, igitur simoniaci sunt, nam et hii a iure inhibiti sunt, ut xxi. Q. ii. c. ult.

q.11 164 debet *om.* PLa proximo] *coniecimus*, proximus *mss.* 166 proferat PLa

q.12 170 Christum] corpus Christi Z commisit PZ

q.13 184 etcetera] spirituale Z 187 in legem] in canonem Z

q.11 165 D.14 c.1 168 G. cf. Weigand, *Gandulphusglossen*, p. 27 (193*) no. 52 ad C.1 q.1 c.101 et Weigand, *Glossen des Johannes Faventinus*, p. 83 (223*) no. 9f ad C.1 q.1 c.100

q.12 170-173 Cf. *S. Lips.* ad C.1 q.1 c.11 (ad v. *Iudas*)

q.13 183-184 Cf. *S. Lips.* ad C.2 q.3 c.7 (in fine) 187-188 *Cod.* 1.14.5

q.14 193 C.21 q.2 c.5

195 **Econtra:** Vendunt laborem quod licet per simile eius quod dicitur de episcopo uisitante parochias, ut x. Q. iii. Relatum.

Solutio: Si ex certa constituuntur mercede, simoniaci sunt; ceterum si uictus sibi constituatur, non eque.

q.15 Queri potest de firmis utrum sit simonia firmam constituere in ecclesiis.

200 **Et uidetur** quia ita aliquam administrationem acquirit sub munere, ergo est simoniacus, ut i. Q. iii. Saluator. Item inhibite sunt a iure huiusmodi firme, ut in extra. de simonia Non satis. Item ius emit percipiendi fructus spirituales, etsi sit temporale, ergo simoniam commisit.

205 **Econtra:** Fructus tantum emit et hoc est licitum, ergo non commisit simoniam; alioquin nil de fructibus posset uendi, quod esset inconueniens. Item huiusmodi firme sunt generali usu ecclesie approbate, tacito consensu pape confirmate, ergo licite; immo a iure etiam sunt corroborate, ut in extra. de pactionibus licitis c. i.

210 **Solutio:** Si de iure uis respondere concedas esse simoniam, si de consuetudine secus; peccatum tamen est grande quod tamen toleratur ratione multitudinis, nec excusat a culpa, etsi releuet a pena.

q.16 Item queritur de eo qui cum munere ingressus est monasterium utrum debeat expelli.

215 **Et uidetur** quod autenticam penitentiam non legimus nisi dimiserit dignitatem seu locum emptum, ut i. Q. i. Si quis neque, Q. v. c. i. Ergo si uult saluari, locum deserere debet.

220 **Econtra:** Tale commisit peccatum cuius pretextu dignus est detrudi in monasterium, ut i. Q. i. Set nec est districtius in quo retrudi possit, ergo in istud retrudi debet et sic non amittet locum emptum.

Solutio: Dici potest in eodem posse retrudi qui nichilominus locum emptum amittit. Nec enim ibi erit ut frater, set potius ut in ergastulum detrusus, et ita amittit quod ibi habebat honoris eis que sunt oneris remanentibus.

q.14 194 per simile] possibile P^{pc}

q.15 201 Saluator P^{pc} 203 temporale] spirituale *praem.* P 207 usu] consuetudine Z
209 de pact. li. PLaLZB, de pactis li. D, de pact. Z 211 tolerat P 212 reuelet PLa

q.16 214 debat P 216 Si quis - q. v. *om.* B 217 debat P 218 est *om.* P
223-224 eis - remanentibus] et ea que sunt honeris retinet Z

q.14 195 C.10 q.3 c.9

q.15 201 C.1 q.3 c.8 202 *Conc. Turon.* 1163 c.3; *App.* 2.10; 1 *Comp.* 5.2.7 (X 5.3.8)
209 JL 13910; WH 783; *App.* 28.1; 1 *Comp.* 5.3.4 (X 5.4.4)

q.16 216 C.1 q.1 c.115; C.1 q.5 c.1 219 C.1 q.1 sc. c.7

D.2 t.2 de hereticis

pr. De simonia que inter crimina ecclesiastica locum sibi uendicat principalem, supra quedam ediximus. Nunc ergo ordine debito exigente de hereticis, qui inter criminosos secundum locum obtinere meruerunt, dicamus, duo pretermittentes capitula in quibus ceteris criminosis
 5 deterior uidetur esse condicio hereticorum: in sacramentorum ministerio et ligandi soluendique officio. Set quoniam triplex est genus sacramentorum: - est enim aliud necessitatis tantum, ut baptismus quod dicitur necessitatis, quoniam sine eo salus haberi non potest, et non dignitatis, quia et ab indignis et dignis potest conferri; - aliud
 10 dignitatis tantum ut ordo, quod dicitur dignitatis, quia a solis dignis, idest in dignitate positus, ministratur, et non necessitatis, quia sine eo salus haberi potest; - aliud dignitatis et necessitatis ut eucharistia et confirmatio, quod dicitur dignitatis, quia dumtaxat a dignis possunt ministrari, et necessitatis, quia sine primo salus haberi nequit, sine
 15 altero minus expedite.

Notandum est quod quando sine forma ministrantur, nichil agitur. Vnde nichil obest ea de facto iterari. Que tamen non debent uere iterari, quia antea collata non erant, ut i .Q. i. Si quis confugerit, di. lxxviii § Quod ergo, de con. di. i. De ecclesiarum.

20 **q.1.1** Ceterum cum in forma ecclesie ministrantur **queri potest**, et primo de sacramento baptismatis, utrum ab hereticis ministratum effectum habeat.

tit. 3 *linearum spatium praem.* P fol. 61^{rb}, de hereticis *marg.* P fol. 61^{va}; 9 *linearum spatium praem.* La fol. 171^{va}; de heresi *supra col.*, De heresi *marg.* D fol. 15^{rb}

pr. 1 De simonia *supra lin.* P 6 litigandi P 8 potest] uel aliquo quod optineat uice baptismi *add.* B 9 quia] et *praem.* P 9-10 et dignis - dignitatis² *marg.* P 10 quod LD, quia P² 12-14 ut - necessitatis *om.* LaZ

pr. 7-14 Cf. *S. Lips.* ad C.1 q.1 p.c.39 sec. Jo. Fav., cf. Weigand, *Glossen des Johannes Faventinus*, p. 99 (241*) no. 19 ad C.1 q.1 p.c.39 18 C.1 q.1 c.52 19 D.68 p.c.2; *De cons.* D.1 c.1

Et uidetur nam ‘uox illa que sonuit super filium omnem maculam exclusit’, ut di. xix. Secundum. Item non homo est qui baptizat set
 25 Deus, ut de con. di. iiii. Romanus, ergo a quocumque homine ministratum effectum habet utpote a Deo collatum. Item ‘neque in bono neque in malo sacramentum illud est fugiendum’, ut i. Q. i. Neque, ergo eque a malo sicut a bono effectum habet.

Econtra: ‘Aliud effectus sacramenti, aliud sacramentum’. ‘Heretici
 30 sacramentum dare’ possunt, effectum nequaquam, ut i. Q. i. Etiam. Immo eorum baptisma effectus non comitatur, quia eorum baptismus ‘non mundat set polluit’, ut i. Q. i. Non sanat. Item tales cum ueniunt ad ecclesiam ‘sunt reconciliandi per manus impositionem’; ergo constat eorum baptisma ante effectum non habuisse, ut i. Q. i. Hii qui.

Solutio: Dicitur potest quod effectum non habet in adulto prudente ab eis
 35 accipiente preterquam in articulo mortis, ut xxiiii. Q. i. Si quem. In pueris autem omnem effectum habet, quo casu loquuntur priora capitula; posteriora autem de adulto intelliguntur non constituto in articulo mortis, quo casu intelligitur illud i. Q. vii. Qui in qualibet et
 40 similia. Sic et in fide accedente baptismus a quocumque collatus effectum non habet nisi cum ‘fictio illa recesserit’, ut de con. di. iiii. Tunc ualere.

q.1.2 De sacramento dignitatis tantum, idest ordinis, inter iuris
 45 canonici peritos multa est dissensio quoad ueritatem sacramenti, non autem quoad effectum. Nam secundum Jo. et eius sequaces, si is, qui ultimam manus impositionem accepit extra ecclesiam, ordinet, nil confert, non solum non effectum, set nec etiam ueritatem sacramenti; et

q.1.1 28 a malo] si quid *add.* P 29 Hereticis P 32 Non sonat P 33 reconciliandi] confirmandi *Friedb.* 33 manus] manuum L impositionem] episcoporum *add.* L 34 Hii] Vt *praem.* P 35 eis] scienter *add.* D 36 Si quid P 38 capitula *om.* P 38 posteriora] pretereora P autem] aut PLaL 39 i. Q. vii. Qui] primum Q. vi. Quoniam L (Quoniam *legitur in* C.1 q.7 c.10)

q.1.2 43 De sacramento] § *praem.* LaZBD, *om.* P, *tractat quasi initium tituli* L 45 Jo. PLaZD, ioh's B, S. L 46 ultimam] ultima P 47 set - sacramenti *marg.* P

q.1.1 24 D.19 c.8 25 *De cons.* D.4 c.23 27 C.1 q.1 c.36 30 C.1 q.1 c.48 32 C.1 q.1 c.50 33 Cf. C.1 q.1 c.51 34 C.1 q.1 c.51 36 C.24 q.1 c.40 39 C.1 q.7 c.10 41-42 *De cons.* D.4 c.42

q.1.2 45 *secundum Jo.* cf. Jo. Fav. 29^{va/vb}, referunt Hon. *S. Decr.* et *S. Lips.* ad C.1 q.1 c.17, cf. Weigand, *Glossen des Johannes Faventinus*, p. 95 (237*) noo. 7,9 ad C.1 q.1 c.18 et Weigand, *Gandulphusglossen*, p. 24s (190*-191*) no. 13, p. 25 (191*) no. 16 ad C.1 q.1 p.c.58, var. *S* non inuenimus

hanc sententiam hiis argumentis confirmavit, quia consecratio dici non potest, que ab excommunicatis, qui scilicet tempore sue consecrationis
 50 erant excommunicati, expeditur, ut ix. Q. i. c. i.; set qui ultimam manus impositionem in heresi acceperunt, in ipsa sua consecratione erant excommunicati, ergo ab eis facta ordinatio non est ordinatio. Item plenitudinem ordinis non acceperunt in sua ordinatione quia nullam executionem, nam si tales ad ecclesiam reuerterentur ex nulla
 55 dispensatione possent ministrare, ut i. Q. vii. Conuenientibus; ergo constat quod nullam executionem in sua ordinatione susceperunt, ergo cum exsequi non possint et ordinant, nichil conferunt, ut i. Q. i. Qui perfectionem; expressum est i. Q. vii. Daibertum.

Si ab hiis **queratur** ratio diuersitatis, quare is, qui ultimam manus
 60 impositionem accepit in heresi, ordinem accipiat et ordinem dare non possit, respondent eam esse rationem diuersitatis que supra assignatur, uidelicet quia is qui primo in heresi ordinatur ab eo ordinatur qui aliquando habuit executionem, puta qui ultimam manus impositionem in ecclesia accepit et postea lapsus est in heresim. Ceterum secundus ab
 65 eo ordinatur qui numquam acceperat executionem, unde ab eo nichil suscipit. Licet enim in aliquo possit esse ordo sine executione, non tamen potest ordo conferri sine aliquando habita executione.

Econtra uero dicit magister G. ordinationem esse ambulatoriam ab eo qui ultimam manus impositionem accepit in ecclesia et postmodum est
 70 lapsus in heresim et talis ordinauit alium et a secundo in tertium et sic usque in infinitum, quia non est ratio, quare primus possit ordinare magis quam secundus, cum neuter habuit tempore ordinationis executionem et uterque habuit ordinem nec enim ex olim habita executione confert primus ordinem, nam pari iuris censura degradatus
 75 qui ordinem retinet ex olim habita executione posset ordinem conferre.

q.1.2 48 consecratio] sacramentum B 49 ab om. P excommunicatis] hominibus est facta ut viiii. Q. iii. si add. Z 58 Daibertum om. D 62 quia is qui marg. P 67 conferri marg. P 67 sine] non add. P 68 dicit magister G.] uidetur quod magister G. dicit Z, uidetur dicere M.S. M 75 retinet lac. add. PL executionem P

q.1.2 50 C.9 q.1 c.1 55 C.1 q.7 c.4 57-58 C.1 q.1 c.17 58 C.1 q.7 c.24 68 *Econtra uero dicit magister G.* cf. Hon. S. *Decr.* et S. *Lips.* ad C.1 q.1 c.17 et Weigand, *Gandulphusglossen*, p. 24 (190*) no. 11, p. 25 (191*), var. *M.S.* non inuenimus

Quod tamen secundum Jo. non est uerum. Immo presens status, scilicet status temporis ordinationis, est inspiciendus, unde sicut primus ratione ordinis quam habuit, non autem executionis quam tunc non habuit ordinem confert, sic et secundus ratione sui ordinis ordinem
80 confert, sic et tertius et sic usque in infinitum. Idem etiam seruandum est de deposito, nam sicut ordo amitti non potest, sic nec potestas aptitudinis que ex ordine prouenit, cuius pretextu, si officium exsequatur, cum tamen non debeat, ordinem confert quoad sacramenti ueritatem, non autem quoad debitam officii executionem. Sic ergo et de
85 ceteris sacramentis per huiusmodi ministratis sentiendum est. Preter has etiam rationes suam sententiam auctoritatibus confirmat: di. xxxii. Verum; ibi enim loquitur Vrbanus de sacramento ordinis, baptismatis et eucharistie dicens huiusmodi generaliter formam habere, idest ueritatem et integritatem et non ‘effectum uirtutis nisi cum per manus’
90 etcetera, ut ibi generaliter dicit, de hereticis ergo quibuslibet est intelligendum. Item euidenter exprimitur ix. Q. i. Ordinationes, ubi expressim loquitur de ordinatis ab hereticis heresiarchis, qui ultimam manus impositionem extra ecclesiam acceperunt, dicens de talibus quod eorum ordinatio erit irrita. Et quod de extra ecclesiam ordinatis
95 heresiarchis loquatur innuit id quod sequitur in eodem capitulo, scilicet ‘Qui uero ab episcopis quondam catholice ordinatis’ etcetera. Per illud ‘uero’ perpenditur quod de aliis premiserit, de aliis subiungat; alioquin illud ‘uero’ non esset aduersarium. A talibus ergo facta ordinatio, ut ibi dicitur, irrita erit; ergo aut erit irrita quoad ueritatem aut quoad
100 executionem. Set quoad ueritatem nequaquam, quia probata ignorantia admittuntur ad officii executionem, ut ibi. Ergo irrita est quoad officii executionem. Ergo manifestum est eum qui ultimam accepit manus

q.1.2 79 ordinis] temporis P 80 in om. P 81 de om. P 84 autem] aut PLaD
85 sentiendum] sciendum P 90 ut PL, et La de² om. PLa 94 de om. P^c
97 uero om. PZD 98 uero om. PZD 99 quoad¹] quod ad P quoad²] quo PLa
100 quia om. P

q.1.2 76 secundum Jo. cf. supra ad lin. 45 86-87 D.32 p.c.6 (Pars III., cf. an. 90 Friedb.)
89 effectum - manus cf. D.32 p.c.6 in §4 91 C.9 q.1 c.5 96 Qui - ordinatis cf. C.9
q.1 c.5 §1

impositionem extra ecclesiam, si ordinet, ordines conferre. Illud ergo capitulum Daibertum et que eo modo loquuntur intelliguntur de
 105 hereticis preter formam ordinantibus uel de illis qui numquam erant ordinati, non autem de depositis uel de hiis qui ultimam manus impositionem extra ecclesiam acceperunt. Et ubicumque talium ordinatio dicitur esse irrita, intelligatur quoad executionem, non autem quoad ueritatem. Ad tuendam uero magistri Jo. opinionem dici potest
 110 quod illud 'nisi' et illud 'Qui uero', que leguntur in illo capitulo ix. Q. i. Ordinationes, non est referendum ad quoslibet predictorum, set ad inuasores dumtaxat. Et ita signatur contra i. Q. i. Si qui a simoniacis, ut hii scilicet et non heresiarche ordines conferant; simile iii. Q. v. Constituimus(!). Vel quia coniungit ibi heresiarchas et inuasores dicens eorum
 115 ordinationes esse irritas, dici potest alio modo dici irritas quoad inuasores quia quoad executionem, alio modo quoad heresiarchas quoad ueritatem. Simile di. lxiii. Cleri; ibi 'consensus' dupliciter ponitur. Item queritur quid suspensus amittat in depositione, cum nichil habeat nisi ordinem, qui amitti non potest. Secundum G. solam executionem
 120 quam prius amiserat temporaliter modo amittit perpetuo. Secundum Jo. in quolibet mortali peccato amittitur potestas regularitatis, que secundum alios nuncupatur potestas iuste exsequendi; quando suspenditur, executio sola, que secundum alios dicitur potestas iuris ex officio exsequendi; quando deponitur, amittitur potestas habilitatis, que secundum alios dicitur potestas generaliter exsequendi, et hec dicitur secundum alios potestas aptitudinis. Neutra harum potestatum amitti potest
 125

q.1.2 105 formam] ecclesie *add.* Z 108 autem] aut PLa 110 nisi *om.* PLD
 110 Qui uero *om.* PLD 112 Et ita - ut *om.* LaZ signatur] sig'a P, siñg L
 113 conferant LD, confirmant P simile LaD, set P 113-114 iii. Q. v. Constituimus PLaDZB, *sed non congruit, congruit* i. Q. i. Statuimus (C.1 q.1 c.107) L, *causa erroris videtur var.* Statuimus *pro* Constituimus in C.3 q.5 c.9, *cf. an. 77 Friedb.* 114 quia *om.* PB
 117 Simile - ponitur *om.* P 119 amitti] non *praem.* P 120 Jo.] io. P
 126 amitti potest] amittit P

q.1.2 104 C.1 q.7 c.24 109 *Ad tuendam uero magistri Jo. opinionem* cf. Jo. Fav. 48^{vb}-49^{ra}, Hon. S. *Decr.* et S. *Lips.* ad C.9 q.1 pr. et C.9 q.1 c.5 110-111 C.9 q.1 c.5 112 C.1 q.1 c.108 113-114 C.3 q.5 c.9 falsum, congruit i. Q. i. Statuimus (C.1 q.1 c.107) L 114 *ibi* C.9 q.1 c.5 117 D.63 c.26 119 *Secundum G.* - sententia Hon. S. *Decr.* ad C.1 q.1 c.97, *sed* magistri G. mentionem non facit 120 *Secundum Jo.* cf. Jo. Fav. 30^{rb}, cf. S. *Lips.* ad C.1 q.1 c.30 pr.

secundum G., nam et hee connexe sunt ordini. Secundum Jo. male
 distinguentem inter potestatem aptitudinis et potestatem generaliter
 exsequendi, cum eadem sit potestas, prima non amittitur, secunda uero
 130 amittitur. Vnde secundum eum non est mirum si catholicus ordinatus
 in heresim lapsus et ita suspensus alii possit conferre ordinem, set ille
 alii nequaquam, quia primus habuit potestatem faciendi, unde et
 ordinem bene potuit conferre; ceterum illam potestatem conferre non
 potuit, quia de iure exercere non poterat. Et enim licet potestas faciendi
 135 ex post facto in aliquo esse possit sine potestate iuris, non tamen sine
 ea incipere esse potest in aliquo. In primo ergo erat potestas faciendi,
 unde contulit tantum ordinem et non illam potestatem, que sine
 potestate iuris in eo incipere esse non potuit. Vnde et secundus qui
 nullam prorsus potestatem habuit nichil prorsus conferre potuit. Quod
 140 totum secundum G. est falsum, dicentem quia potestas aptitudinis uel
 potestas faciendi que eadem est numquam amitti potest et ideo ordo
 usque in infinitum est ambulatorius.

q.1.3 De sacramento dignitatis et necessitatis quoad confirmationem
 nulla est inter magistros dissensio, quia a quocumque ministrata in for-
 145 ma ueritatem habet. Effectum autem uel uirtutem sortiuntur secundum
 premissam distinctionem de baptisate. De sacramento uero eucha-
 ristie dissensio est. Dicit enim Jo. quod ab hereticis eucharistia confici
 non potest. Nam cum illud sit specialiter sacramentum unitatis, quo-
 modo ab hostibus unitatis confici posset? Item si ueritate duce dirigi-
 150 mur, 'non est corpus Christi quod scismaticus conficit', ut xxiii. Q. i.
 Scisma. Item extra ecclesiam non conficitur, arg. de con. di. ii. Vtrum.

q.1.2 127 ordini] ordinari P 130 Vnde] quando P^c 133-134 conferre - potuit marg. P
 136 aliquo] alio P 140 falsum LB, fi' PLa 142 in om. P

q.1.3 143 De] Item *praem.* P, *tractant quasi initium tituli* LBD 144 quocum P 146 De
tractat quasi initium tituli D 150 scismaticus conficit] conficit hereticus uel scisma-
 ticus D 151 ii. Vtrum om. Z

q.1.2 127 *secundum G.* cf. *S. Lips.* ad C.1 q.1 c.30 *Secundum Jo.* cf. *S. Lips.* ad C.1 q.1 c.24 et
 Weigand, *Glossen des Johannes Faventinus*, p. 89 (231*) no. 20 ad C.1 q.7 c.24
 140-141 *secundum G. - dicentem - eadem est* cf. Weigand, *Gandulphusglossen*, p. 26 (192*)
 no. 38, cf. *S. Lips.* ad C.1 q.1 c.95 141-142 *numquam - ambulatorius* cf. Hon. *S. Decr.* et
S. Lips. ad C.1 q.1 c.17 et Weigand, *Gandulphusglossen*, p. 24 (190*) no. 11, p.25
 (191*)

q.1.3 146-147 Cf. *S. Lips.* ad *De cons.* D.1 c.1 147 *Dicit enim Jo.* cf. Jo. Fav. 30^{rb}, cf. *S. Lips.*
 ad C.1 q.1 c.30, cf. Weigand, *Gandulphusglossen*, p. 25 (191*) noo. 16,20 150 Cf. C.24
 q.1 c.34 §4 150-151 C.24 q.1 c.34 151 *De cons.* D.2 c.72

Item ‘oleum quo baptizati tanguntur nec eucharistia apud illos fieri potest’, nam apud eos ‘omnia per mendacium geruntur’, ut i. Q. i. Si quis inquit. G. uero in contrarium asserit dicens a quocumque dum
 155 tamen in forma conficiatur uerum corpus Christi esse, quia ‘nec a bono melius, nec a malo peius perficitur sacerdote’, ut de con. di. ii. Vtrum. Item dicit Augustinus hereticos ‘nobiscum esse in simbolo, in baptis-
 mate, in ceteris sacramentis ecclesiasticis’, ut de con. di. iii. Non in uobis. Item dicitur idem satis expressim xxxii. di. Verum. Item ordo
 160 sacerdotalis nec debet nec potest conferri nisi post confectionem eucharistie.

Videtur ergo quod qualescumque sint heretici ordinem sacerdotalem conferre non possint nisi conficiant. Set secundum Jo. possunt ordinare qui ultimam manus impositionem acceperunt in ecclesia, ergo et hii ad
 165 minus possunt conficere. Opinioni G. in hoc et in premissis consentimus, ut generaliter, siue heretici siue depositi si conficiant et in forma, uerum esse corpus Christi, sic et si ordinent, ueritatem ordinem collatum habere. Illa autem que obloquuntur loquuntur de hiis que extra formam sunt ministrata uel ab hiis qui numquam habuerunt ordinem.
 170 **At contra** hanc sententiam difficulter opponitur, quod scilicet sicut depositus potest conficere, quia de substantia ordinis est, sic possit hodie presbiter confirmare, cum hoc similiter uideatur de substantia ordinis, ut di. xcv. Peruenit, Olim, quia quod est sacerdoti deponi quoad confectionem eucharistie, hoc fuit ei suspendi quoad confirmationem. Set si
 175 depositus conficit, erit confectum; ergo presbiter, qui hodie ab illa sententia est suspensus, si confirmet, erit confirmatum.

Responsio: Hiis qui dicunt hoc olim non fuisse de substantia ordinis nulla est obiectio, nec etiam hiis qui dicunt ea que sunt de substantia

q.1.3 153 mendacium] mandatum PB 154 inquit] inquit P 155 in forma] ecclesie *add.* Z
 158-159 Non in uobis] Nunc in uobis P, Nam in uobis LaLZ, Nam in nobis B, Communi
 in uobis D 165 G.] set et D 169 formam] ecclesie *add.* Z habuerunt] habuit P
 171 est] uidetur quod *add.* D 177 Responsio] Solutio B

q.1.3 152-153 in C.1 q.1 c.70 §1 153-154 C.1 q.1 c.70 154 G. uero cf. Weigand, *Gandulphusglossen*, p. 25 (191*) no. 21 ad C.1 q.1 c.70 155-156 Cf. *De cons.* D.2 c.72 in §2
 156 *De cons.* D.2 c.72 157-158 Cf. *De cons.* D.4 c.43 158-159 *De cons.* D.4 c.43
 159 D.32 p.c.6 163 *secundum Jo.* cf. *S. Lips.* ad C.1 q.1 c.97 165 *Opinioni G.* - v.
 supra ad lin. 155 et omnia ab initio quaestionis (lin. 43) dicta 173 D.95 c.1; D.95 c.5

posse mutari. Ceterum hiis qui dicunt olim fuisse de substantia, quod
 180 uidetur ex illo capitulo Olim et Peruenit, et que semel sunt de substan-
 tia non posse mutari, licet quandoque possint restringi uel ampliari,
 difficilis est obiectio. Dicunt tamen et hii aliud esse in confectione, que
 naturaliter quodammodo et a prima ordinis institutione ordini coheret
 et ei est coequeua, et aliud in confirmatione, que ex hominis permissi-
 185 one olim ei herebat hodie autem non, un de et temporalis fuit illa con-
 nexio.

q.1.4 De potestate ligandi et soluendi **queritur** utrum heretici hanc
 habeant, nam ab hiis depositi uel excommunicati sub 'humiliatione
 penitentiae ab ecclesia suscipiuntur' manente eorum sententia, ut xxiii.
 190 **Q. i.** Quisquis, Subdiaconus, xxiii. **Q. vii. c. i.**; ergo eorum tenet sen-
 tentia. Item 'cui illata est sententia deponat errorem', quasi dicat pro
 mortali peccato satisfaciatur, ut xi. **Q. iii.** Cui. Loquitur ibi de sententia
 Dioscori. Ergo manifestum quod eorum sententia tenet. Item nobiscum
 sunt in sacramentis, ut dictum est supra. Vnde et in potestate ligandi et
 195 soluendi, quia si in maiori participant, merito et in minori poterunt
 participare.

Econtra: Excommunicati sunt, ergo non sunt admittendi ad
 iudicandum, ut xxiii. **Q. i.** Miramur; item 'nil iuris uel potestatis ha-
 bent', ut e. **Q. e.** Dicimus. Item nemo superiorem potest ligare, ut
 200 di. xxi. Inferior; set pessimus catholicus heretico superior est, ut ii.
Q. vii. § Set queritur, ergo catholicum ligare non potest. Item hereticus
 etiam subditum ligare non potest utpote sibi parem, quia qui
 excommunicatus est, ut iii. **Q. i. c. i., ii.,** quomodo alium posset excom-
 municare uel alias a communione separare, ut i. **Q. i.** Remissionem?

q.1.3 180 et² om. P 184 ei] ea P

q.1.4 187 De *tractant quasi initium tituli* BD 189 penitencia P 189-191 ut xxiii. -
 sententia¹ om. Z 190 c.i.] *Q. i. praem.* P 195 et in Z, et PL, in LaBD 198 Mi-
 ramur om. Z nil] nisi P 203 iii. *Q. i. c. i. ii.* PLaL, iii. *Q. i. c. ii.* Z, iii. *Q. i. c. i.* Si D,
 xxiii. *Q. i. capitulo iii.* (C.24 q.1 p.c.4 inc. Si) B

q.1.3 180 D.95 c.1; D.95 c.5

q.1.4 187 Cf. Hon. S. *Decr.* ad C.1 q.1 a.c.30 188-189 Cf. C.24 q.1 c.39 189-190 C.24
 q.1 c.38; C.24 q.1 c.39; C.23 q.7 c.1 191 *cui - errorem* incipit C.11 q.3 c.46
 192 C.11 q.3 c.46 194 *supra* - v. 157-158 Cf. *De cons.* D.4 c.43 198 C.24 q.1 c.37
 199 C.24 q.1 c.31, cf. S. *Lips.* ad C.24 q.1 c.34 200 D.21 c.4 200-201 C.2 q.7
 p.c.26 203 C.4 q.1 cc.1,2 204 C.1 q.1 c.39, cf. S. *Lips.* ad C.24 q.1 c.4

205 **Solutio:** Dicitur potest hereticos precisos et dampnatos nullo modo posse ligare uel soluere, licet alias possint sacramenta ministrare, nam ius ligandi et soluendi ex iurisdictione ab ecclesia indulta prouenit, at heretici nullam habent. Ceterum conficere uel sacramenta ministrare ex ordine prouenit, unde et ordinem habentes ea possunt expedire.

210 Secundum G. preterea soluere uel ligare non est sacramentum dare, set diuine ligationi uel solutioni testimonium dare, quod nec apud Deum nec apud homines heretici facere possunt, ut xxiii. Q. iiiii. Ipsa. Secundum C. alii uero heretici, dum adhuc ab ecclesia tolerantur, suos possunt soluere et ligare ex officio; secus de merito. Quid ergo si

215 tempore quo ligauit suum subditum ab ecclesia tolerabatur et postea precipitur? Resp.: Ab alio absoluetur, quod pluribus articulis contingit, ut xi. Q. iii. Si episcopus ante. Quod autem dicitur sententiam hereticorum quandoque tenere, intelligatur non propter momentum sententiae, set propter odium delinquentium. Nec obloquitur illud

220 capitulum Cui. Nec enim iubetur pro peccato satisfacere ratione sententiae qua ligabatur ab heretico. Nec enim tenetur petere absolutionem publicam. Set ratione sententiae qua iam dudum pro peccato Deo ligabatur occulte tenetur satisfacere. Nec est simile ut dictum est de sacramentis et de iure ligandi et soluendi. Vtrum autem ab eo

225 teneatur aliquis subditus abstinere, quem solus nouit hereticum, et utrum qui notorius est hereticus possit uitari, quere supra t. De notoriis.

In summa autem hoc sciendum est, quoniam secundum Jo. in quattuor casibus cum ordinatur nil confertur: Vbi in forma ecclesie non ordinatur, ut supra i. Q. ult. Daibertum, xxiii. di. Quorundam. Item ubi non episcopus ordinat, ut supra di. lxxviii. Presbiteri. Item ubi depositus ordinat, ut ∴. Item ubi is ordinat qui ultimam manus impositionem

q.1.4 206 alias] alios P 207 indulta] *gl. add.* B 213 tollantur P 218 tenere] ut xxiiii. Q. i. Subdiaconus (C.24 q.1 c.39) *add.* B 221 Nec] nulla P 222 ratione] siōe P 223 Deo] dicitur P 226 qui] per P 231 ordinant P ut] ∴. *add.* P^{sc} 231-232 supra - ∴. *arg.* P 231 supra] contra P 232 ∴. P, ∴. LaD, supra Presbiteri L, *om.* ZB 232 ubi] nisi P

q.1.4 210-212 *Secundum G. possunt* cf. S. Lips. ad C.24 q.1 c.4, ubi G non nominatur 212 C.23 q.4 c.24 213 *Secundum C.* cf. S. Lips. ad C.24 q.1 c.4, sed refertur contrarium 217 C.11 q.3 c.40 219-220 C.11 q.3 c.46 226-227 *quere supra t. De notoriis* cf. Hon. S. *Quaest.* D.1 t.3 228 *secundum Jo.* cf. Weigand, *Gandolphusglossen*, p. 24-25 (190-191*) no. 13 ad C.1 q.1 c.27 et cf. Jo. Fav. 48^{vb}-49^{ra} et S. Lips. ad C.9 q.1 pr. 230 C.1 q.7 c.24; cf. Hon. S. *Decr.* ad C.1 q.7 c.24; D.23 c.14 231 D.68 c.2 232 ut ∴. sc. D.68 c.2

extra ecclesiam accepit, ut i. Q. i. Qui perfectionem, ix. Q. i. c. i.
 235 Secundum G. uero in duobus primis casibus nil confertur, in duobus
 posterioribus ordo confertur. Item et illud nota dignum est, quoniam
 secundum G. in octo casibus ordo confertur, set nullo modo dispen-
 satur: Si in contemptum ecclesie aliquis fuerit ordinatus ab hereticis, ut
 i. Q. vii. Conuenientibus. Item si scienter ab heresiarchis. Item si
 scienter ab inuasoribus episcopatum episcoporum uiuentium, ut ix.
 240 Q. i. Ordinationes. Item si a simoniacis scienter, ut ix. Q. i. Ab ex-
 communicatis. Item si simoniace, ut i. Q. i. Si qui a simoniacis. Item si
 rebaptizatus fuit apud hereticos, ut i. Q. vii. Saluberrimum. Item si
 ‘unici lauacri fecerit iacturam’ alios rebaptizando, ut de con. di. iiii. Eos
 uel Hos. Item si in adulta etate ab hereticis se permiserit baptizari, ut i.
 245 Q. vii. Qui in qualibet, preterquam in articulo mortis, ut xxiii. Q. i. Si
 quem. In aliis autem casibus ubique potest dispensari, ut toleretur in
 ordine quesito, et est magna dispensatio, ut i. Q. i. Si quis heretice. Ad
 maiores tamen quandoque promouetur et dicitur maior seu maxima
 dispensatio, ut i. Q. vii. Conuenientibus. Solus autem papa potest dis-
 250 pensare, secundum quosdam etiam episcopi, quod non uidetur esse
 uerum.

q.1.4 236 octo] viiii. P 239-240 scienter - simoniacis *om.* Z 242-245 Saluberrimum -
 Q. vii. *om.* Z 243 rebaptizando] rebaptizandos P Eos] Jo. *praem.* B
 246 autem] aut PLaD 247 quis] qui P 249 autem] aut PLaD

q.1.4 233 C.1 q.1 c.17; C.9 q.1 c.1 234 *Secundum G.* cf. Weigand, *Gandulphusglossen*, p. 24-
 25 (190-191*) no. 13 ad C.1 q.1 c.27 236 *secundum G.* - talem distinctionem G. non
 inuenimus 238 C.1 q.7 c.4 239-240 C.9 q.1 c.5 240-241 C.9 q.1 c.4
 241 C.1 q.1 c.108 242 C.1 q.7 c.21 243-244 *De cons.* D.4 c.118 244-245 C.1
 q.7 c.10 245-246 C.24 q.1 c.40 247 C.1 q.1 c.42 249 C.1 q.7 c.4

D.2 t.3 de clauibus

pr. Quoniam de potestate ligandi soluendique in proximo summo digito tetigimus, ideo nunc ad clauas ad quas predictam potestatem constat pertinere, stilum uertimus.

Sciendum est igitur quod secundum quosdam due sunt clauas, altera
 5 scilicet ‘scientia discernendi inter lepram et lepram’, ut supra di. xx. § i. altera potestas ligandi et soluendi. Secundum alios altera clauium est potestas ligandi, altera potestas soluendi. Secundum alios una est clauis, et dicuntur due propter duplicem eius effectum, et hii satis consonant.

10 **q.1** **Contra** primos sic obicitur: De prima clauium, scilicet de ‘scientia discernendi inter lepram et lepram’, uidetur enim quod nec omni nec soli detur sacerdoti hec scientia. Quod non omni, hoc uidetur, nam imperitis et idiotis non datur, nam et ipsi non suscipiunt scientiam discernendi; ipsi enim non nouerunt discernere. Item soli non datur,
 15 nam multi sunt qui habent hanc scientiam, qui non sunt sacerdotes, qui, si fiant sacerdotes, eam non accipiunt, quia eam ante habuerunt. Idem potest uideri in eo qui post adeptum sacerdotium peritus efficitur qui tempore suscepti ordinis idiota erat. Sic ergo uidetur quod nec omnes nec soli sacerdotes eam habent.

tit. 5 *linearum spatium praem.* P fol. 62^{rb}, de clauibus *margin.* P fol. 62^{rb}; 2 *linearum spatium praem.* La fol. 172^{ra}; de clauibus *supra col.*, De clauibus *in lin. (rubr.) et margin.* D fol. 16^{va}

pr. 1-2 in - tetigimus] superius diximus Z 5 scientia D, s. La, scientie P, *om.* LZB
 5-11 ut supra - lepram² *margin.* P 5 xx. *emend.*, xxi. PLaZB, xxxi. D

q.1 13 impertis P 14 enim *om.* P 15-16 qui³ - sacerdotes *margin.* P 16 Idem LaD, Item PLB

pr. 1-9 Cf. *S. Lips.* ad D.20 pr. (ad v. *clauas*) 5 Cf. Deut. 17.8 in D. 20 pr. §1 5-6 D.20 pr. §1; cf. *S. Lips.* ad D.20 pr. (ibid.) 6 *altera potestas ligandi et soluendi* cf. Matth. 16.19

q.1 11 Deut. 17.8 in D.20 pr. §1

20 **Solutio:** Secundum eos soli sacerdotes habent eam ut clauem, alii
 habent, set non ut clauem; unde ei qui ante ordines habuit hanc
 scientiam incipit esse clavis post susceptos ordines, nam de cetero ex
 officio habet discernere, qui ante non potuit. Omnes tamen sacerdotes
 eam non habent, unde dolendum est. Vel secundum alios omnis etiam
 25 idiota cum ordine clauem suscipit, ut de cetero aptitudinem habeat ex
 ordine discernendi. Vnde si post incipiat esse discretus, clavis que ante
 fuit impedita incipit esse expedita. Set numquid indiscretus manens in
 ordine potest penitere de eo quod talis accessit? Resp.: Videtur
 quibusdam cum occultum fuerit et speretur futura discretio, arg. di. l.
 30 De hiis uero; alioquin secus, arg. i. Q. vii. Requiritis.

q.2 Contra eosdem de secunda clauē obicitur: Videtur enim quod
 nec omni nec soli conueniat. Omni non, quia si monachus fiat sacerdos
 non accipit eam, quia neminem potest ligare uel soluere, ut xvi. Q. i.
 c. i., ii., iii. etcetera; item ‘auarus remissionem peccatorum non dat’, ut i.
 35 Q. i. Remissionem; item ‘In grauibus peccatis quis positus’ etcetera, ut
 iii. Q. vii. In grauibus; item ‘quem crimen deprauat proprium etcetera’,
 ut di. xlix. Sollicite; item ‘Maledicam benedictionibus uestris’, ut i. Q. i.
 Maledicam. Item non soli conuenit, nam fidelis laicus potest absoluere,
 ut de con. di. iiii. Sanctum; alioquin, si non dimitteret, quid esset dicere
 40 in Dominica oratione: ‘Dimitte debita’, idest peccata, ‘sicut et nos’
 etcetera?

Solutio: Dicitur potest quod omni sacerdoti conuenit, etiam criminoso,
 dum tamen toleratur ab ecclesia, ut xv. Q. viii. c. ult., i. Q. i. Vt
 euidenter, Multi. Contraria autem capitula uel loquuntur de hereticis et
 45 excommunicatis uel, si legantur de criminosis toleratis ab ecclesia,
 dicatur tales non soluere quoad meritum, licet quoad officium. Heretici
 tamen sacerdotes habent hanc clauem in aptitudine, non autem
 habilitate uel usu. Sic et monachi cum ordinantur accipiunt clauem et

q.1 23 non *om.* P 29 et speretur] consperetur P

q.2 32 soli] sol P 35 Remissionem B, Remissi PLaD, Remissio LZ 39 Sanctum]
 Sc̄cān P 39 dicere P^{ac} 40 Dimitte] Dimittere P 47 autem] aut PLa

q.1 29-30 D.50 c.34 30 C.1 q.7 c.5

q.2 33-34 C.16 q.1 cc.1-3,9 34-35 C.1 q.1 c.39 35-36 C.3 q.7 c.5 36-37 D.49
 pr. §1 37-38 C.1 q.1 c.76, cf. Mal. 2.2 39 *De cons.* D.4 c.36 40-41 Matth.
 6.12 43 C.15 q.8 c.5 43-44 C.1 q.1 c.82 44 C.1 q.1 c.84

habent in habitu, licet non in usu; usum autem habere potuerunt, si
 50 episcopus eum in aliquam ecclesiam instituerit. Item soli conuenit;
 quod enim laicus soluit non est ex officio, unde nulla est obiectio. Item
 quod obicitur de oratione Dominica non est obiectio, quia dimittere
 non dicitur ibi peccatum, idest reatum, uel penam dimittere, set
 rancorem ex delicto prouenientem, ad quem dimittendum quilibet ex
 55 necessitate et imperfectus tenetur, etiam si iniuriatis nolit satisfacere,
 ut di. xlv. Et qui, di. xc. Si quis contristatus.

q.3 **Contra** posteriorem sententiam sic potest obici: Videtur quod
 discretio sit sacerdoti necessaria, quia ‘clericatus et sacerdotium unum
 faciunt sacerdotem’, ut di. xl. Sicut. Item de ‘substantia sunt eloquia
 60 diuinitus tradita’, ut di. xxxviii. Omnes.

Si ergo de substantia est, ergo discretio coheret sacerdotio, ergo sine ea
 non potest quis soluere uel ligare, ergo est clauis. Item si discretio non
 esset altera clauium, sic posset eque indiscretus ut discretus soluere. At
 hoc non contingit, nam cum Deus dicatur dupliciter dimittere
 65 peccatum, scilicet reatum peccati delere, item dicitur dimittere quoad
 penam, quia liberat hominem a pena eterna, idest a debito pene, item
 cum sacerdos tripliciter dicatur dimittere, quia scilicet ostendit a Deo
 dimissum, item quia ad communionem admittit, item quia iniungit
 satisfactionem per quam homo liberatur a pena debita, non uidetur
 70 quod idiota hoc ultimo modo possit dimittere, nam ita iniuncto ieiunio
 unius diei possit liberari a pena homicidii et hoc uidetur ineptum.

Solutio: Secundum eos scientia discernendi licet sit utilis, non tamen
 est necessaria, nam indiscretus soluit. Et quod dicitur uerba diuina esse
 de substantia est uerum, nam litteratura est necessaria, sine qua, si quis
 75 ordinetur in sacerdotem, nil agitur secundum quosdam. Secundum
 alios dicentes laicum etiam ordinem accipere, arg. i. Q. vii. Maximum,
 ita exponitur, ut dicatur substantia pro possessione seu facultate.

q.2 55 iniuriatis D, iniuriam P, iniureis L, iniurias La, iniurians ZB 56 quis] qui P

q.3 58 discretio P 60 diuinitus] diuitus P 64 dupliciter P 70 posset P

q.2 56 D.45 c.11; D.90 c.10

q.3 59 D.40 c.8 60 D.38 c.6 76 C.1 q.7 c.19

Secundum hos igitur indiscretus et idiota bene soluit. Set hic est necessaria soluendi conscientia, nam si dictet sibi subdito sua conscientia discrete prelatum soluisse, solutus erit et peracta satisfactione liberatur a pena debita. Alii tamen dicunt etiam in hoc casu in purgatorio debere suppleri quod hic minus agitur. Si autem dictet conscientia non esse discrete se solutum, adeat peritorem cum consensu sui sacerdotis requisito etsi non prestito, ne uideatur contempnere, ut de pen. di. vi. c. ult.

q.4 **Item** de potestate que tradita fuit Petro **queritur** cuius fuerit, utrum scilicet potestas ligandi uel ostendendi ligatum.

Non uidetur quod potestas ligandi, quia si ligaret innocentem, non esset ligatus quoad Deum. Item si ligaret nocentem, nulla esset eius ligatio, nam et ille statim ipso facto ligatus esset in celis. Si potestas ostendendi tantum ligatum, ergo nulla esset differentia inter Petrum et sacerdotem ueteris testamenti, qui similiter ostendebat solutum. Vnde Dominus: 'Ite et ostendite uos sacerdotibus.' Item secundum hoc nulla esset differentia inter Petrum et pessimum catholicum, nam uterque ostendit ligatum uel solutum.

Solutio: Dici potest satis congrue quod potestas ligandi et soluendi, nam ubi prelatus etiam innocentem ligat, incipit quoad Deum ligari, non quoad reatum, set quoad hoc ut humiliter obtemperet, ut xi. Q.iii. Sententie § Cum ergo. Vel dici potest quod potestas ostendendi tantum sibi fuerat concessa et in eius persona uniuersali ecclesie. Et est differentia inter sacerdotem ueteris testamenti et Petrum, quia ille tantum ostendebat dimissum. Plus facit Petrus uel eius uicarius, quia ligat satisfactionem penitentiae imponendo, soluit eam relaxando.

q.3 78 Secundum] Set P 79-80 nam - conscientia *om.* LaZ 79 subdito] subito PD
79 sua B, scilicet P, idest L, *om.* D 80 prelatum *coniecimus*, prelato *mss.* erit *om.* P
83 se *om.* P adeat] aderat P 83 consensu] sensu P 85 c.] Q. P

q.4 86 cuius] eius P 87 ligatum LB, ligatus PLaZ, ligatos D 91 esset] est PD
92 qui] et P 99 Sententie § Cum ergo] Cum ergo sententia *Friedb.* 100 ecclesie
coniecimus, ecclesia *mss.*

q.3 85 *De poen.* D.6 c.3

q.4 93 Luc. 17.14, cf. Luc. 5.14 et Matth. 8.4 98-99 C.11 q.3 p.c.77

Item ligat excommunicando, soluit reconciliando. Item cum aufert
 105 sacramenta alicui, plenior habet potestatem circa eum diabolus. Hec
 omnia non habuit sacerdos ueteris testamenti. Item inter Petrum uel
 bonum sacerdotem et peruersum hoc interest quod bonus etiam merito
 uite, non tantum officio ostendit ligatum uel solutum, malus autem
 tantum officio. Sic ergo expone uerba illa: 'Quodcumque ligaueris'
 110 etcetera, iuste scilicet ex ordine et meritis illius exigentibus.

q.5 Item queritur utrum pene penitentiales inuente sub tali forma
 que est in usu, ut quicumque operi initiato aliquid contulerit a septima
 uel tertia parte satisfactionis sibi iniuncte liberetur, quod possint.
Videtur et hoc per generalem consuetudinem, quin etiam talis
 115 consuetudo a summo pontifice approbatur, immo et ipse remittit. Et
 uidetur quod ratio eum ad hoc suadeat, nam pene penitentiales nec ab
 apostolis nec a Domino sunt institute, set ab apostolicis; unde et ab hiis
 possunt remitti et ab illis qui ab eis potestatem remittendi acceperunt.

Set econtra: Penitentia est sacramentum, ergo nec sub conditione
 120 remittenda nec imponenda; sapit enim simoniam.

Solutio: Dici potest non esse simoniam, set fit hoc modo commutatio
 de pena in penam, et datur cuilibet optio utram penarum uelit subire.
 Set numquid ualent huiusmodi remissiones ut penam debitam non
 exsoluat in purgatorio? **Resp.:** Secundum quosdam non, secundum alios
 125 hoc esset contra clauas disputare ita dicere, unde dicunt quia, si
 perfecte fuerit contritus, plene liberatur, immo certe tantum potuit
 conteri quod, si decessisset ante inchoatam penitentiam, a purgatoriis
 esset immunis. Sunt tamen qui dicunt id solum per huiusmodi
 remissiones deleri quod per negligentiam seu per ignorantiam uel
 130 commissum uel etiam de satisfactione omissum est. Quod tamen non

q.4 104 Item - reconciliando *marg. P*

q.5 113 iniuncte LZD, iniunctarum PLa, iniuncta B 114 consuetudinem P 121 fit
 LaBD, sit PL 122 cuibet P optio *coniecimus*, adoptio PLaLB, adeptio Z, quod
 optio D 126 perfecte *marg. P* 129 negligentiam P per] in *add. P*

q.4 109 Matth. 16.19

uidetur. Item queritur utrum huiusmodi remissio facta a Parisiensi sit generalis ad parochianos Carnotensis. Et non uidetur quia eos non posset ligare, unde nec uidetur quod possit soluere. Sic ergo uidetur quod, si Carnotensis aliquid offerat, illud beneficium non consequitur.
 135 Et ita quibusdam uidetur, nisi illa remissio sit a summo pontifice confirmata. Aliis uidetur in contrarium. Idem solet queri de prelato ita remittente, utrum, si ipse aliquid offerat, ei remittatur. Et placet quibusdam quod non, cum ipse se soluere non possit.

q.6 Item queritur utrum pauperi non habenti quid det sufficiat sola uoluntas.
 140

Et uidetur quia in huiusmodi uoluntas reputatur pro opere. Alioquin uideretur deterior pauperum quam diuitum conditio, quod uidetur ineptum. Idem potest probari ex uerbis Domini de muliere mittente minutum in gazophilatium.

145 **Econtra uidetur:** Remissio est facta ut facilius construatur, set ex huius uoluntate non construitur, nec ergo ei remittitur.

Solutio: Placet quibusdam nil remitti quantum ad ecclesiam que opus requirit.

q.7 Item quero an si aliquis septem consecrationibus intersit et in
 150 qualibet remittatur septima pars satisfactionis, an ex toto liberatus sit a septennali penitentia.

Et uidetur quibusdam quod sic. Item iniunctum fuit alicui quod daret pauperibus xxx. sol., offert nummum in consecratione, numquid ei remittitur tertia pars, decem sol.? Et si hoc, numquid idem erit de usurario, cui iniunctum fuit in penitentia ut restitueret ablata?
 155 Numquid si aliquid offerat ei remittitur? Placet quibusdam in primo casu remitti. Est tamen hic et in premissis casu conscientia et contritio necessaria, in secundo nequaquam. Ratio diuersitatis hec est quod in primo casu nemini fit preiudicium, in secundo autem secus. Set esto
 160 quod is a quo extorsit usuras mortuus sit nec reliquit heredem. Ecce modo nemini fit preiudicium, numquid modo remittitur queri potest.

q.5 131 Parisiensi P 134 illud] aliud *margin. add.* P

q.6 142 pauperum] paupertati P 143 inemptum P 147 opera D

q.7 159 memini P aut PLa 161 fit LaLD, sit PZB

q.6 143-144 Cf. Marc. 12.41-43, cf. Luc. 21.1-3

Item queritur an sacerdos possit se soluere, idest solutum ostendere. Et uidetur, nam qui potest unum contrariorum potest et reliquum, ut di. xxi. Inferior, Denique. Set iste potest se ligare, idest ligatum ostendere, puta abstinendo a sacramentis; ergo uidetur quod possit se absoluere, idest ostendere solutum.

Solutio: Forte predicto modo potest se ligare, idest ligatum ostendere, non autem ita absoluere, nam onus sibi potest quilibet imponere, non autem se ab onere liberare.

170 **q.8 Item queritur** utrum presbiter simplex papam possit ligare.

Et uidetur, nam hic agit presbiter uices Dei, papa uices penitentis; unde a presbitero utpote superiore potest ligari.

Econtra: 'Prima sedes non iudicatur a quoquam', ut ix. Q. iii. Nemo, Aliorum. Item ipse causam suam in sinum debet colligere, ut di. xxi.

175 Nunc autem.

Solutio: Potest a sacerdote ligari in penitentia, nam ibi a Deo ligatur. Ceterum iudicii potestate a nemine potest ligari, ut in premissis capitulis, 'nisi a fide reperiatur deuius', ut di. xl. Si papa.

q.7 169 aut PLaD

q.8 176 ibi *om. P* 177 in *om. P*

q.7 164 D.21 c.4; D.21. c.6

q.8 173 C.9 q.3 c.13 174 C.9 q.3 c.14 174-175 D.21 c.7 178 D.40 c.6

D.2 t.4 de continentia clericorum

- pr.** Quoniam claves de quibus in proximo diximus ad sacerdotes episcoposque pertinent sacerdotioque dinoscuntur esse connexe, ideo ordine exigente de episcopali electione ordinationeque aliqua dicemus. Set quoniam episcopos presbiterosque et ceteros altaris sacros ministros pre omnibus prerogatiua continentie oportet preminere, ideo de continentia clericorum premittamus. Sciendum est igitur continentiam tribus gradibus sacerdotio, diaconatui, subdiaconatui, conscriptione quadam esse connexam, ut di. lxxxiiii. Cum in preterito, nam et hodie subdiaconatus est sacer ordo, licet olim non fuerit, ut di. xxxii. Erubescant. His ergo tribus ordinibus adeo est connexa continentia, ut si quis aliquem horum ordinum susceperit, eo ipso continentiam uouisse intelligitur, etsi expressim non profiteatur, ut di. xxvii. Diaconus, di. xxviii. Diaconi. Vtile tamen est ut exprimat cum duplex uinculum difficile rumpatur, et 'Solet plus timeri quod singulariter pollicetur' etcetera, ut di. xxiii. Quamquam.
- q.1** Imprimis ergo **queritur** an papa possit dispensare cum presbitero qui in nullo ordine professus est expressim, ut possit contrahere. **Et uidetur** quia oportet presbiterum professionem facere, ut, dum eum talis professio obligat, continentiam teneat, ut di. xxviii. Quando; ergo si eum talis professio non obligat, auctoritate saltem maioris continen-

tit. 5 *linearum spatium praem.* P fol. 63^{ra}, De continentia clericorum *marg.* P fol. 63^{ra}; 2 *linearum spatium praem.* La fol. 172^{va}; de continentia *supra col.*, De continentia *supra in lin.* (*rubr.*) *et marg.* D fol. 17^{va}

pr. 4 episcoposque P presbiterosque *om.* P et ceteros] ceterosque P 7 [s]acerdotio - diaconatui *marg.* P 7 subdi- *om.* P 9 subdiaconus P 11-12 uoluisse P 12 expressim LaL, expressius PD, expressum ZB non *om.* P

q.1 17 expressius P contrahere] e^{am} habere P^{bc} 19-20 continentiam - obligat *om.* LaZ 19 di. xxviii. Quando *emend.*, di. xxiiii Quando PD, xxiii. di. Quamquam B

pr. 6-7 *Sciendum - subdiaconatui* cf. D.32 c.11 et *S. Lips.* ad loc. 7-8 *conscriptione - connexam* cf. D.84 c.3 8 D.84 c.3 9-10 D.32 c.11 12 D.27 c.1 13 D.28 c.8 14 *Solet - pollicetur* cf. D.23 c.6 15 D.23 c.6

q.1 19 D.28 c.3 Quando (non congruit D.24 c.5 Quando)

- tiam soluere poterit. Item non ex natura ordinis, set ex fictione hominis est quod continentia est annexa; ergo contra illam fictionem papa dispensare potest, nam que ab homine fiunt ab homine possunt immutari, nam 'naturale est quodlibet eodem genere' etcetera, ut di. de regulis iuris Nichil.
- 25 **Q. i.** Contra.
- ¶** **Contra:** Arg. di. xxiii. Quamquam, di. lxxxiiii. Cum in preterito, xxv. **Q. i.** Contra.
- 30 **¶** **Solutio:** Jo.: Non potest in hoc casu dispensare. Secundum S. posset, nam Alexander circa diaconum legitur dispensasse, ut in extra. Continebatur; secus si expressisset, nam uoti professi sollempniter redditio est de iure naturali, contra quod non posset papa dispensare, ut xxv. **Q. i.** Sunt quidam.
- q.2** **Item queritur** de eo qui inuitus ordinatur utrum continere teneatur.
- 35 **Et uidetur** exemplo Iudeorum, qui si inuiti baptizati fuerint, uotum tamen licite susceptum 'tenere coguntur', ut di. xlv. De Iudeis. Item ordo et continentia sunt connexa et ordo suscipitur, ut di. lxxxiii. Vbi, ergo et continentia, quia quisquis horum alterum susceperit, sine quo reliquum non prouenit, neutrum insusceptum derelinquit, ut i. **Q. iii.** Si
- 40 quis obiecerit. Item etsi numquam in continentiam consenserit, inuitus tamen continere cogitur, sicut is et inuitus detruditur in monasterium ob iuste offensionis causam, ut xx. **Q. i.** Sicut, di. l. Si ille.

q.1 22 annexa LaBD, anexa P 24 quodlibet LaZB, quolibet P, quilibet D 28 S.] Ste. B, G. D 29 in extra.] ita extra. *et lac.* P 31 dispensare P 31 ut *dupl.* P 32 **Q. ii.** P

q.2 33 continere *om.* P 35 fuerit P 39 **Q. iiiii.** P 42-43 Sicut - xxxii. **Q. marg.** P

q.1 24 *naturale - genere* cf. *Dig.* 50.17.35 24-25 *Dig.* 50.17.35 26 D.23 c.6; D.84 c.3 26-27 C.25 q.1 c.7 28 *Jo.* cf. *Jo. Fav.* 25^{ra} ad D.81 c.13, Höhl, *Glossen*, A 32.1, *S. Lips.* ad D.32 c.5; *Secundum S.* cf. *Sim.* 395 ad C.25 q.1 c.6 29-30 JL 14101; a) *Continebatur App.* 6.10; congruit b) *Super eo App.* 18.4; 1 *Comp.* 4.6.5 (X-); WH 202 31-32 C.25 q.1 c.6

q.2 36 D.45 c.5 37 D.74 c.7 (D.73 *palea*) 38-39 *quisquis - derelinquit* cf. C.1 q.3 c.7 39-40 C.1 q.3 c.7 41-42 *sicut - causam* cf. C.20 q.1 c.9 42 C.20 q.1 c.9; D.50 c.58

Econtra: ‘Continentia est res uoti, non precepti’, ut xxxii. Q. i. Integritas, et coacta seruitia Deo non placent, ut xx. Q. iii. Presens.
45 ‘Voluntarium militem Deus eligit, uoluntarium seruuum diabolus auctio-
natur’, ut xv. Q. i. Non est.

Solutio: Dicitur potest presbiterum hoc in casu posse contrahere perpetuo
ab administratione suspensum. Nec obstat de Iudeo, cum ad id uotum
omnes generaliter teneantur, ad uotum continentie nemo, nisi
50 promiserit uel in id sponte consenserit. Nec connexa est continentia
ordini nisi in sponte suscipiente.

q.3 Item de impubere ordinato **solet queri** an pubes factus teneatur
continere.

Et non uidetur quia eo tempore quo non debuit fuit ordinatus, cum
55 citra xx. annum nemo in subdiaconum debeat ordinari, ut di. lxxvii. In
singulis, Subdiaconus; ergo ex eo quod inordinate gestum est sibi
preiudicari non debet. Item citra tempus pubertatis contrahere non
posset, ut xxx. Q. ii. Vbi, ergo uidetur quod nec cum Deo; expressum
uidetur di. xxviii. De hiis.

60 **Econtra:** Ante tempus pubertatis se potest quilibet Deo deuouere, ut
xx. Q. ii. Puella; expressum xxvii. Q. i. c. ult.

Solutio: Dicitur potest quia, si doli capax eo tempore exstitit quo fuit
ordinatus, cogitur continere, alioquin non.

q.2 45 Voluntarium - eligit *om.* P eligit] sibi *praem.* B *et Friedb.* uoluntarium²] uolu-
tarium P 45 seruuum] sibi *praem.* *Friedb.* 48 admistratione P suspensus P
48 de Iudeo *marg.* P 51 suscipiente] suscepto *et glossam add.* L

q.3 55 subdiaconum P 58-61 Vbi - Q. ii. *marg.* P 58 uidetur] non *praem.* P
58 expresum P 59 xxviii. LaL, xxvii. B, xxiii. P, xxiii. D 61 xxvii. Q. i. c. ult.
Z, xxvii. Q. i. c. v. PLaLB, xxvii. Q. i. § Vt D, xxvii. Q. i. c. v. Sicut (C.27 q.1 c.1). L
63 cogitur] quia *praem.* PLaD

q.2 43 *Continentia - precepti* cf. C.32 q.1 c.13 43-44 C.32 q.1 c.13 44 C.20 q.3 c.4
45-46 *Voluntarium - auctioatur* cf. C.15 q.1 c.10 46 C.15 q.1 c.10

q.3 52-63 Cf. Hon. S. *Decr.* ad D.28 c.5 55 *citra - ordinari* cf. D.77 c.4 55-56 D.77
cc.2,4 58 C.30 q.2 c.1 59 D.28 c.5 61 C.20 q.2 c.2; C.27 q.1 c.43

- q.4** **Item queritur** de illo capitulo xxviii. Diaconi, utrum secundum
 65 id tempus loquitur quando recepta erat continentia, quia, si recepta erat
 continentia, ergo episcopus dispensare non poterat, ut diaconus contra-
 heret, ut xxxii. De illo. Quid est ergo quod dicitur quod episcopus tali
 licentiam dederit contrahendi, si eo tempore non erat recepta? Non
 ergo erat opus indulgentia, quin citra omnem dispensationem posset
 70 contrahere. Quid est ergo quod dicitur tacentes intelligi uouisse?
Solutio: Dici potest quod eo tempore sub hoc modo recepta erat in
 diaconibus continentia 'qui, si tacerent in ordinatione, intelligerentur
 uouisse'; 'si dicerent se nolle continere, possent contrahere'. Vel dicatur
 principium referri ad statum orientalis ecclesie; et ex habundanti adici-
 75 tur 'si dixerit se' etcetera, finis uero refertur ad occidentalem. Sic enim
 idem canon et eadem sinodus ad diuersa se referunt; simile infra xxxi.
 di. Quoniam, di. xxxii. Si qui.
- q.5** **Item queritur** de uerbis apostoli 'unusquisque habeat suam'
 etcetera, an hiis uerbis aliquid indulserit.
- 80 **Et uidetur** arg. xxviii. De hiis, arg. xiii. di. Nerui, ibi: 'Peccatum
 profecto prouidit' etcetera. Set si fuit indulgentia, illiciti fuit, nam liciti
 non fuit indulgentia nec indulsit nisi ut contraheret. Ergo eo tempore
 illicitum erat contrahere, ergo uel ratione spiritualis uoti uel ratione
 ordinis. Si ratione spiritualis uoti, ergo contra id dispensare apostolus
 85 non posset utpote 'contra preceptum ueteris nouique testamenti', ut
 xxviii. Q. i. Sic enim. Si ratione ordinis erat illicitum et dispensauit, non

q.4 65-66 quia - continentia *om.* LD 65 erat *om.* P 66-67 contrahet P
 69-70 dispensationem - contrahere *in lin. del. et marg. add.* P 70 nouisse P
 73 nouisse P 75 uero] non P 76 et eadem *marg.* P

q.5 81 prouidit] uidit *Friedb.* liciti LaD, illiciti P, licita Z, liti B 82 nec] *dupl.* P
 85 non posset *marg.* P 86 Sic D *et Friedb.*, Si PLaZB, Sicut L 86 non] *et praem.* P

q.4 64 D.28 c.8 67 D.32 c.4 72-73 *qui - uouisse* cf. D.28 c.8 73 *si - contrahere* cf.
 D.28 c.8 75 Cf. D.28 c.8 76-77 D.31 c.13 77 D.32 c.3

q.5 78 *unusquisque - suam* cf. 1 Cor. 7.2 80 D.28 c.5; D.13 c.2 80-81 *Peccatum - pro-*
uidit cf. D.13 c.2 in §4 (in fine) 85 *contra - testamenti* cf. C.28 q.1 c.9 in §6
 86 C.28 q.1 c.9

uidetur fuisse ex natura ordinis illicitum, nam si hoc, nequaquam dispensare posset. Videtur ergo quod ex institutione hominis fuerit quod qui ordinem haberet uideretur uouisse, ergo contra hoc dispensauit. Si
 90 generalis fuit indulgentia, tam circa ordinandos quam circa ordinatos. At si ipse dispensauit circa ordinatos, ergo pari ratione ecclesia posset dispensare.

Set uidetur quod nec ipse nec ecclesia hodie posset dispensare, nam uotum semel susceptum soluere semper erat de iure naturali; ergo
 95 quocumque modo susceptum dum tamen susceptum non exsoluere erat contra ius naturale; ergo contra id dispensare non posset. Et si hoc, ergo non erat generalis illa indulgentia.

Solutio: Placet quibusdam ad uitandas premissas obiectiones non fuisse indulgentiam, secundum quod improprie dicitur indulgentia, nam eo
 100 tempore bene licuit etiam clericis contrahere. Consilium ergo fuit ad declinandam ruinam, nulla indulgentia, quod tamen non uidetur, uerius enim est fuisse indulgentia, nam credendum est continentiam fuisse receptam inter primos patres. Vnde apostolus: 'Numquid non habemus potestatem circumducendi mulierem', non dixit uxorem, ut di. xxxi.
 105 Omnino. Dispensauit ergo proprie circa ordinandos dumtaxat, nam circa iam ordinatos dispensare non potuit secundum quosdam, nam uidetur a uoto quocumque suscepto posse absoluere eo ipso, quod non est uerum. Sic hodie posset ecclesia statuere ut ordinandi contraherent, etiam ordinati; circa ordinatos iam nequaquam. Secundum alios etiam
 110 circa ordinatos dispensauit apostolus, qui tamen uotum non expresserant. Sic circa ordinatos tales dicunt ecclesiam hodie posse dispensare. Item queritur, si generalis illa licentia circa ordinandos, qualiter apostolicus michi potuit illam licentiam auferre, ut me scilicet non promoueat, nisi spondeam castitatem. Resp.: Dicitur potest apostolicum
 115 nemini abstulisse apostolicam licentiam, set sub alternatione in optione

q.5 91 dispensauit P 93 dispensare P 96 dispensa P 99 improprie ZBD,
 proprie PLAL 101 non *om.* P 102 indulgentiam ZBD 103 Numquid P
 104 circumducendi LaLZB, deducendi PD 109 ordinati] ordinanti P
 115 memini P

q.5 103-104 *Numquid - mulierem* cf. 1 Cor. 9.5 et D.31 c.11 104-105 D.31 c.11

ordinandi ponit, utrum uelit ea uti licentia uel non. Et si dixerit ea se
 uti nolle, ordinabitur, quia cuilibet licet renunciare hiis que pro se
 introducta sunt. Set qualiter potuit apostolicus immutare institutionem
 apostoli? Resp.: Immo contra indulgentiam apostoli bene potuit
 120 instituere, sic ergo quilibet ea licentia uti poterit nisi sibi preiudicetur.
 Preiudicatur autem cuilibet super hac licentia uoto proprio, puta si
 ordinem suscipiat cui annexa sit continentia, ut di. lxxxiiii. Cum in
 preterito, item uoto alieno, ut xx. Q. i. c. i., ii., iii. etcetera, item delicto
 proprio, ut xxxiii. Q. ii. Admonere, xx. Q. i. Sicut, item delicto alieno,
 125 ut xxvii. Q. ii. Qui dormierit.

q.6 Item queritur an clericus orientalis ueniens ad occidentalem
 ecclesiam adherere possit uxori et uacare eius officio.

Et uidetur quia consuetudinem occidentalis preuenit, ergo secundum
 eam iudicari non debet, ut di. xxxi. Ante triennium, di. xxxii. Q. iiiii.
 130 Dixit, ergo secundum morem orientalis ecclesie potest uacare officio et
 simul coniugis osculo.

Econtra uidetur quia ad occidentalem ecclesiam uenit, ergo 'eius
 morem necesse habet sequi', ut di. xii. Illa, alioquin 'scandalum genera-
 ret', ut di. xli. Quisquis.

135 **Solutio:** Dici potest quoniam si uelit uacare coniugis amplexibus,
 necesse habet a diuinis abstinere uel uice uersa, arg. xxvii. Q. ii.
 Multorum, dum tamen non contineat nisi auctoritate uxoris, quo casu
 nec illa de cetero etiam uiro mortuo potest contrahere, ut xxxiiii. Q. v.
 Qui uxorem.

q.5 118 immutare LaL, immitare P 119 econtra P 122 anexa PL

q.6 126 an *om.* P 127 adherere] adhibere P uacari P 129 Ante] In P

q.5 122-123 D.84 c.3 123 C.20 q.1 cc.1,2,3,4,6 124 C.33 q.2 c.8; C.20 q.1 c.9
 125 C.27 q.2 c.30

q.6 129 D.31 c.1 129-130 C.32 q.4 c.3 132-133 *eius - sequi* cf. D.12 c.11 in fine
 133 D.12 c.11 133-134 *scandalum generaret* cf. D.12 c.11 134 D.41 c.1
 136-137 C.27 q.2 c.20 138-139 C.33 q.5 c.10

140 **q.7 Item queritur** an clericus hic ordinatus ad sacrum ordinem et illuc reuertens possit contrahere.

Et uidetur quia illius ecclesie consuetudinem sequi potest, ut supra.

Econtra: In occidentali fuit ordinatus, ergo intelligitur uouisse, ut di. lxxxiiii. Cum in preterito. At in utraque ecclesia uotum pereque
145 seruatur utpote a iure naturali introductum, unde sicut nec hic ita nec ibi contrahere poterit.

Solutio: Necesse habet continere, utpote qui sibi preiudicauit. Nec enim semper consuetudinem loci esse seruandam est generale, nisi ubi sine peccato mortali seruari potest.

150 **q.8 Item queritur**, si clericus orientalis ecclesie ab orientali episcopo in occidentali ecclesia fuerit ordinatus, an reuertens ad orientalem possit contrahere.

Et non uidetur quia ibi ordinatus est ubi annexa est ordini continentia, ergo intelligitur uouisse, ut supra, ergo contrahere non potest.

155 **Econtra:** Non intendebat morem occidentalis ecclesie seruare, et nolens non debet continere, ergo poterit contrahere.

Solutio: Dicitur potest eum posse contrahere. Set quid si in transitu rogatu alicuius occidentalis episcopi episcopus orientalis clericos ipsius ordinauerit et inter eos aliquem ex propriis ordinauerit? Queritur an
160 omnes debeant continere. Vel si non proprius, que sit ratio diuersitatis, quare potius alii quam proprius teneatur continere. Resp.: Et dici potest alios et non proprium teneri ad continentiam, et hoc accidit ex intentione ordinantis et ordinatorum. Nam alios ita intendit ordinare, ut morem sue ecclesie seruent, set et illi eadem intentione ordinantur;
165 proprium uero ea intentione ordinat, ut consuetudinem ecclesie proprie seruet, et ille eadem intentione ordinatur. Set quid si ea intentione alienos ordinaret, ut contraherent, et ipsi eadem intentione ordinarentur? Resp.: Non ideo minus tenebuntur continere, nam non spectatur nisi ea que iusta intentio esse potest.

q.7 145 introductus PLa 146 contrahere] e^a habere P^{pc}

q.8 154 non] ut P 158 episcopus episcopi *tr.* P 165-166 proprium - ordinatur *om.*
LaD 168 non] uero P

q.7 144 D.84 c.3

170 **q.9** **Item solet queri** an uxores sacerdotum orientalium ipsis mortuis teneantur continere.

Et placet quibusdam quoniam sic, quod tamen non uidetur. Nec enim est ratio, quare ipse teneantur continere, cum nec uoto proprio uel alieno nec delicto proprio uel alieno aliquid fecerint, quare meruerint
175 continere. Item queritur de sacerdote orientali, an depositus debeat detrudi in monasterium, ut dicitur lxxxi. Dictum est.

Et non uidetur quia per huiusmodi detrusionem inferretur preiudicium uxori, quod fieri non debet. Item 'uir non habet potestatem sui corporis, set mulier'. Item neutri coniugum debet imponi penitentia
180 sine consensu alterius cuius pretexto reliquo coniugum uel ad tempus uel in perpetuum preiudicetur, ut xxxiii. Q. iiii. c. i.

Solutio: Dicitur potest quod in monasterium detrudi non debeat nisi uxore consentiente.

q.9 170 ipsius P 176 detrudi *om.* P 177 non] tamen P

q.9 176 D.81 c.8 178-179 *uir - mulier* cf. C.27 q.2 c.19 181 C.33 q.4 c.1 sec. 1 Cor. 7.4

D.2 t.5 de nocturna pollutione

Munditia corporalis ministris altaris adeo est necessaria, ut etiam ab ea que ex nocturna pollutione contingit quantum possunt teneantur cauere.

Videamus igitur an stare possit quod dicit Gregorius di. vi. Testamentum, quod scilicet pollutio que ex crapula contingit sacerdotem arcet ab immolatione et a perceptione. Dum tamen dormiens imaginibus concussus fuerit, uidetur quod hoc stare non possit, quia aut arcetur pro crapula aut pro concussionem imaginum. Pro imaginatione non tenetur aliquis abstinere, quia 'non est peccatum, quando nolentes nocturnis imaginibus illudimur', ut di. vi. Non est peccatum. Nec loquitur nisi de eo qui inuitus hoc patitur, alioquin nulla esset differentia inter hoc membrum et illud quod sequitur in eodem capitulo de precedenti cogitatione; ergo ratione huius imaginationis non tenetur abstinere. Item ratione crapule abstinere non debet, quia ingurgitatio est de minutis peccatis, ut di. xxv. § Alias. Set propter minuta peccata nemo tenetur abstinere, immo consilium est ut potius ideo percipiat, nam ita delentur uenialia, ut de con. di. ii. Cottidie. Item 'si non sunt tanta peccata' propter que mereatur homo excommunicari, non potest ab eucharistia prohiberi, ut de con. di. ii. Si non sunt. Set crapula non est tantum peccatum, nec ergo propter eam oportet abstinere.

tit. 10 *linearum spatium praem.* P fol. 63^{vb}, De nocturna pollutione *margin.* P fol. 63^{vb}; 41 *linearum spatium praem.* La fol. 173^{ra}; De pollutione *supra col.* D fol. 18^{va}

4 vi.] *om.* P 9 astinere P 9-10 quando - peccatum *margin.* P 10 illudimur] illuditur P 11 aliquin P 11 inter] in P 13 imaginationis P 15 di. *om.* P
16 inmo P 19 tantum *om.* P

4-5 D.6 c.1 5 *pollutio - contingit* cf. D.6 c.1 6-7 *Dum - concussus* cf. D.6 c.1
9-10 *non - illudimur* cf. D.6 c.3 10 D.6 c.3 14-15 *ingurgitatio - peccatis* cf. D.25 p.c.3 in §7 15 D.25 in p.c.3 ante §5 17 *De cons.* D.2 c.13 *si - peccata* cf. *De cons.* D.2 c.15 19 *De cons.* D.2 c.15

Solutio: Dicunt quidam consilium esse. Set huic solutioni obuiat ultimum uerbum ibi positum ‘oportet’, nisi ita exponatur, idest ‘opportunum est’. Set fortius obuiat quod dicitur, quia consilium est ut ad delendum ueniale percipiat. Vnde dicit S. illud de con. di. ii. Si non
 25 sunt intelligendum esse de trina susceptione corporis Christi, que fit in tribus diebus sollempnibus, de qua loquitur etiam de con. di. ii. Etsi non frequentius. G. uero intelligit de cottidiana perceptione, de qua agitur de con. di. ii. Cottidie. Nec enim ei qui cottidie consueuit percipere aliquid deperit de proposito, si una die absteineat. G. autem dicit illud
 30 Gregorii intelligendum esse de eo qui preuenitur turpi cogitatione et facit cogitatio quod sequens imaginatio est mortalis. Et secundum G. nulla est differentia inter membrum de crapula et membrum de precedenti cogitatione quoad effectum, nam utroque casu separatur pollutus a perceptione. In hoc tamen est differentia, quia primum
 35 membrum de crapula et cogitatione, secundum de sola cogitatione intelligitur, et preterea est forte ultimum maius peccatum quam primum, arg. xv. Q. i. Inebriauerunt.

21 Solutio] Sic P 22 ultimum] nflū P 24 ad om. P S.] Š PZB, Š La, sim L, S^a D
 24 de om. P Si emend., Etsi mss. 25 intellingendum P fit] sit P 26 soll-
 epnibus P 27 frequentius LaZ, t're P, sunt B G. emend., GG. (idest Gregorius)
 mss. 29 G.] GG. (idest Gregorius) BD autem B, aut PLa 30 peruenitur P
 31 G.] GG. (idest Gregorius) D 35 cogitatione²] cognitione P

22 oportet cf. *Ed. Rom.* an. t ad D.6 c.1 in fine 24 S. cf. *S. Lips.* ad *De cons.* D.2 c.18
 24-25 *De cons.* D.2 c.15 26-27 *De cons.* D.2 c.16 27 G. uero intelligit cf. *S. Lips.*
 ad *De cons.* D.2 c.14 28 *De cons.* D.2 c.13 29 G. autem dicit cf. R. Weigand, *Gan-
 dulphusglossen*, p. 23 (189*) no. 3; Hon. *S. Decr. et S. Lips.* ad D.6 c.1 29-30 *illud
 Gregorii* sc. D.6 c.1 31 *secundum G.* cf. Hon. *S. Decr. et S. Lips.* ad D.6 c.1 37 C.15
 q.1 c.9

D.2 t.6 de crimine

pr. Premisimus de continentia que promotioni clericorum principaliter est necessaria, sequitur ergo ut de singulis capitulis apostolice regule dispiciamus, que omnia in personis non solis promouendorum in episcopum, uerum etiam in quemlibet ecclesia promouendum propositum debent conuenire, ut di. lxxxii. Apostolus. Et primo de illo capitulo ‘Oportet episcopum esse sine crimine’ uideamus prenotantes quibus modis crimen in hoc casu accipiatur. Dicitur autem crimen quattuor modis: Primo modo dicitur crimen peccatum generaliter siue ex deliberatione siue sine deliberatione commissum, et iuxta hanc
 5 acceptionem dicitur: ‘Nemo sine crimine uiuit’. Secundo modo dicitur crimen specialiter id tantum quod ex deliberatione procedit, et iuxta hoc dicitur ‘Confitemini alterutrum’ etcetera. Tertio modo dicitur crimen specialius peccatum quod semel commissum sufficit ad depositionem, et secundum hoc dicitur ‘Crimen est querela, idest peccatum
 10 accusatione et dampnatione dignissimum’, et secundum hanc acceptionem dicitur crimen tantum mortale peccatum. Quarto modo dicitur ‘crimen criminalis peccati infamia’. In duabus ultimis acceptionibus dicitur crimen, cum dicitur ‘Oportet episcopum esse sine crimine’. Nam siue commiserit tale mortale quod semel commissum sufficit ad con-

tit. 10 *linearum spatium praem* P fol. 63^{vb} et 64^{ra}; 20 *linearum spatium praem*. La fol. 173^{rb}; de crimine *supra col.* D fol. 18^{vb}; de capitulis apostolice regule *margin.* B fol. 30^{rb}; oportet episcopum sine crimine, monogamum, non uinolentum, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, non percussorem, non litigiosum, non cupidum, sue domui bene propositum, non neophitum *margin.* B fol. 30^{rb}, *in forma distinctionis margin.* La fol. 173^{rb} (cf. D.25 p.c.3 ex 1 Tim. 3.2-4 et 3.6)

pr. 1 Premisimus] ZD, -remisimus La, Presimus L, -remissis P 7 autem] aut PLaD
 9 sine] non P 18 esse om. P

pr. 5 D.81 c.1 6 *Oportet - crimine* D.25 p.c.3 in §1 7-21 *Dicitur - promoueri* cf. S. Lips. ad D.25 p.c.3 10 *Nemo - uiuit* Cato, Moralia V, v.52 12 Jac. 5.16 14-15 *Crimen - dignissimum* cf. D.25 p.c.3 in §2 17 *crimen - infamia* cf. D.25 p.c.3 in §2 18 *Oportet - crimine* cf. D.25 p.c.3 in §1 (1 Tim. 1.7)

20 dempnationem siue non commiserit, dum tamen super hoc fuerit infamatus, nullo modo potest promoueri. Et notanda est differentia inter criminale et mortale peccatum: Criminale est id quod fit contra legem Dei et in opus prorumpit, mortale uero quod est contra Deum, siue in actum prodeat siue infra fines uoluntatis sit contentum, dum per
25 hominem non steterit, quominus in actum prodeat. Omne ergo criminale est mortale, set non conuertitur. Nam si quis confiteretur ‘se uidisse mulierem ad concupiscendum eam’, quod quidem fuit mortale, ut xxxii. Q. v. Qui uiderit, non ideo a promotione repelleretur; hoc enim non fuit criminale. Talia namque in ueteri lege multata non erant
30 et ea sola hodie impediunt, ut di. liiii. Multos.

q.1 Hiis igitur prelibatis **queritur** an criminalia ante baptismum commissa promouendum impediunt.

Et uidetur nam inter primos patres a quibus forma nobis est prescripta ‘nullus eorum qui ante baptismum peccauerunt sacerdotibus est
35 connumeratus’, ut i. Q. vii. Si quis omnem, arg. ad idem di. xlvi. c. penult.

Econtra: ‘Ex eo tempore quo homo in Christo renatus est nulla peccati conscientia debet morderi’, ut di. xxv. c. ult. Vnde datur intelligi quod ante regenerationem commissum non impedit. Item in baptisate
40 renato ‘nec stupra nec alia que ante gessit postea imputantur’, ut xxvi. c. i., Deinde; ad idem arg. di. li. c. i., Si quis.

Solutionem habes infra t. De infamia.

pr. 20-22 infamatus - mortale] [in]famatus - [pro]moueri - [d]ifferentia - mortale *marg.* P
30 expediunt P
q.1 32 impidiant P 33 primo P 37 homo]mundus Z 39 regationem P
42 infra t.]ita P

pr. 26-27 *se - eam* cf. Matth. 5.28 et C.32 q.5 c.13 28 C.32 q.5 c.13 30 D.54 c.23
q.1 34-35 *nullus - connumeratus* cf. C.1 q.7 c.2 35 C.1 q.7 c.2 35-36 D.48 c.1
37-38 *Ex - morderi* cf. D.25 c.6 38 D.25 c.6 40 *nec - imputantur* cf. D.26 c.1
40-41 D.26 c.1 41 D.26 c.3; D.51 c.1; D.51 c.4 42 *Solutionem - infamia* cf. Hon. S. *Quaest.* D.1 t.12

- q.2 Item queritur** an propter quodlibet criminale sit aliquis a promotione repellendus.
- 45 **Et uidetur** quia ‘nullius peccati conscientia debet morderi’, ut xxv. di. c. ult. Item leuius impeditur ordinandus quam deiciatur promotus, si ob simplicem fornicationem deicitur promotus, ut di. xxviii. Presbiter, di. lxxxi. Presbiter, Si quis.
- Econtra:** Fornicator licite promouetur, ut di. xxxiii. Habuisse, xxxiiii. Fraternitatis.
- 50 **Solutio:** De nimio rigore nullus criminis promouetur, ex dispensatione tamen mediocria uel leuia committentes possunt.
- q.3 Item queritur** an lapsis post penitentiam de iure competat reparatio, an ex dispensatione eis indulgeatur.
- 55 **Et uidetur** quod de iure, quia precipiunt canones ut reparentur, ut di. l. Domino sancto, ergo lapsis de iure canonico debetur reparatio. Set si hoc, sic procede; ergo iure suo possunt petere ut reparentur.
- Econtra:** ‘In episcopi iudicio’ ponitur, utrum debeant reparari necne, ut di. l. Si quis presbiter, ergo non possunt hoc petere.
- 60 **Solutio:** Dispensatio in enormibus inhietur, ut i. Q. i. Erga. In mediocribus manifestis permittitur, ut di. l. Domino, Presbiteros. In minoribus occultis debetur, di. l. Vt constitueretur. Nec tamen sequitur quod in hoc casu peti possit. Licet enim teneat elemosinam dare indigenti, non tamen me potest ille ad hoc artare.
- 65 **q.4 Item queritur** an papa cum homicida possit dispensare.
- Et non uidetur** nam contra prohibitionem Domini faceret dicentis ad Daud: ‘Non edificabis michi domum, quia uir sanguinis es’, ut de con. di. i. At hoc non licet, ut xxv. Q. i. Sunt quidam.

q.2 52 tantum P

q.3 53 post] pro P 59 l. di. tr. P 60 i.] Q. praem. P 62 constitueretur P

q.4 67 edificabit P sanguinis LZD, sanguis LaP, sanguinum B con.] arg. P 68 i.] li. P 68 quidam *Friedb.*, qui *mss.*

q.2 45 *nullius - morderi* D.25 c.6, cf. *S. Lips.* ad loc. 45-46 D.25 c.6 47 D.28 c.9
48 D.81 c.12; D.81 c.13 49 D.33 c.7 49-50 D.34 c.7

q.3 55-56 D.50 c.28 58 *In - iudicio* cf. D.50 c.22 59 D.50 c.22 60 C.1 q.1 c.110
61 D.50 c.28; D.50 c.32 62 D.50 c.25

q.4 65-80 Cf. *S. Lips.* et Hon. *S. Decr.* ad D.50 pr. 67 *Non - es* cf. *De cons.* D.1 in c.2
(1 Par. 22.8) 67-68 *De cons.* D.1. 68 C.25 q.1 c.6

Econtra uidetur, nam homicide restituuntur, ut di. l. De hiis clericis,
70 in extra. de depositione Presbiterum, immo promouentur, ut in extra.
de depositione Lator.

Solutio: Non uidetur eos qui semel post baptisma occiderunt, siue
septennes et ita siue furiosos, ex aliqua dispensatione posse promoueri,
licet secus factum ab Alexandro tertio reperiatur, de cuius facto non est
75 disputandum. Ordinati tamen restituuntur considerata distinctione -
necessitatis, an defendendo res, quo casu deponitur, an personas, quo
casu biennali peracta penitentia restituitur, culpa non interueniente,
qua interueniente nequaquam, - uoluntatis, ubi deponitur, - casus, ubi
concurrente loco, causa, diligentia, restituitur, in nullo tamen ad ulte-
80 riora promouetur.

q.5 Item de aduocato, qui semel prestitit patrociniū in causa
sanguinis reo contra actorem, **solet queri** an possit promoueri, nam de
patrono actoris interest quod non potest, ut di. li. Aliquantos.

Et uidetur nam quiuis clericus tenetur reum defendere, ut xxiii. Q. v.
85 Reos. Sic ergo uidetur quod impune clericus rei possit esse aduocatus.

Econtra: Si reus uincat, actor subibit talionem, idest penam capitis, ut
v. Q. vi. c. i., ii. et iii. At hoc patrociniū fit aduocati, ergo constat eum
esse homicidam. Item 'si non potest alteri subueniri, nisi alter ledatur'
etcetera, ut xiiii. Q. v. Denique.

90 **Solutio:** Verum est quod possit promoueri, nec enim ea intentione in
hoc casu patrociniatur, ut actor puniatur, set ut reus defendatur.

q.4 69 restiteruntur P 70 de om. PL depositione] deposit. LaB, depositis ZD, de-
positum P, om. L 71 de om. PD depositione] depo. PLaZBD, depositis L
72 Solutio] Sic P 74 reperatur P 76 defendendo] LaL, defendo P 76 casu
om. P 79 nulla P

q.5 81 tractat quasi initium tituli D 83 ut dupl. P 85 rei om. P 90 ea om. P

q.4 69 D.50 c.6 70 JL 13912; App. 26.13; 1 Comp. - (X -) 70-71 JL 14216; App.
26.14; 1 Comp. 5.10.10 (X 5.12.9) 74 JL 13912; App. 26.13; 1 Comp. - (X -); sed
Alexandri non est, cf. S. Kuttner, 'The decretal 'Presbiterum' (JL 13912), a letter of Leo
IX', BMCL 5 (1975), p. 133-135

q.5 81-91 Cf. S. Lips. ad D.51 c.1 83 D.51 c.1 84-85 C.23 q.5 c.7 87 C.5 q.6
cc.1-3 88 si - ledatur cf. C.14 q.5 c.10 89 C.14 q.5 c.10

q.6 **Item** de clerico iurisperito **queritur**, a quo dum querit iudex an reus mori debeat, respondet eum mori debere, an talis debeat a promotione repelli.

95 **Et uidetur** nam isti consilium dedit ut occideretur, ergo particeps est homicidii, ut di. l. Si quis uiduam, xxiii. Q. ult. Si quis membrorum, c. ult.

Econtra uidetur nam in tali casu 'mentiri non debet', ut xxii. Q. ii. Ne quis arbitretur, set nec 'uerum occultare', cum utrumque in hoc casu sit
100 mortale, cum cuilibet prudenti dictet conscientia eum de iure debere mori, ut xi. Q. iii. Quisquis, xxviii. Q. i. § Ex hiis. Item talis non proprie dicitur dare consilium, unde et ratione hoc non tenetur.

Solutio: Dicitur potest eum hac ratione repelli non debere. Sunt tamen
105 quidam qui distinguunt an presens in iudicio ita responderit, quo casu saltem propter scandalum dicunt repellendum, an absens, quo casu si super certa persona quesitus responderit repellitur, secus si in genere quesitus in genere responderit.

q.7 **Item solet queri** de episcopis qui temporalium habent iurisdictionem, quorum procuratores occidunt, an ipsi ut homicide irregulares debent reputari.
110

Et uidetur nam is dicitur occidere cuius auctoritate occiditur. At is auctoritate episcopi occidit, ergo episcopus. Quid ergo, si ab officialibus in causa sanguinis ad tales episcopos appellatur? Numquid ipsi cognoscere poterunt an et aliis cognoscendum et puniendum delegare?

115 **Et non uidetur** quia nec ipsi cognoscere poterunt, ut xxiii. Q. ult. Hiis a quibus, nec aliis demandare, quia 'quod non habeo alii hoc dare non possum'.

Solutio: Dicunt quidam quod officiales occidunt auctoritate sibi commisse potestatis, non autem auctoritate episcopi. Alii dicunt auctoritate
120 ecclesie hoc fieri, cuius minister est episcopus talem potestatem alii

q.6 95 particeps P 99 utroque P 100 dicit PL

q.7 109 occiderit P 111 is] his P 112 occidit LaZB, occiderit P 115 Et] Etiam P
115 poterunt L 119 autem LB, aut LaD, om. P

q.6 96 D.50 c.8; C.23 q.8 c.31 96-97 C.23 q.8 c.34 98 *mentiri - debet* cf. C.22 q.2
inscr. c.14 98-99 C.22 q.2 c.14 99 *uerum occultare* cf. C.22 q.2 c.14
101 C.11 q.3 c.80; C.28 q.1 p.c.14

q.7 115-116 C.23 q.8 c.30

committens. In causa uero appellationis cognoscere non potest, eam tamen alii potest demandare, et hoc totum auctoritate ecclesie. Et licet potestatis executionem non habeat, alii tamen eam potest demandare, arg. di. lxxxviii. Episcopus.

125 **q.8** De crimine commisso uel infamia contracta ante baptismum, an imputetur post baptisma, motum et solutum infra t. De infamia inuenies.

130 **q.9** **Item queritur** an de enormibus peccatis possit intelligi quod dicitur di. l. De hiis uero, quod scilicet si occulta fuerint, 'seruato gradu' possit penitere.

Et non uidetur, arg. di. l. Miror. Item pro quolibet mortali peccato tenetur se suspendere a celebratione, ut di. vi. Testamentum, quanto magis pro enormi.

135 **Econtra**: Nulla causa publice allegata non posset abstinere, arg. vii. Q. i. Quam sit, Si quis in clero. Set nec aliquis tenetur crimen publicare suum; igitur non tenetur aliquis in occulto crimine etiam enormi abstinere.

140 **Solutio**: In enormi 'seruato gradu', idest ministrando, non potest fructuose penitere, immo tenetur episcopo priuatim confiteri et in manus eius renuntiare officio, scilicet dum penitet; ad hoc tamen artari non potest. Contrarium tamen quibusdam placet excepto crimine simonie in susceptione ordinis commisso. In maioribus criminibus occultis secus est, de quibus intelligitur capitulum di. l. De hiis, ubi ex quo penitentiam susceperit, bene poterit ministrare. Consilium tamen
145 esset quod abstineret donec peracta esset penitentia, si id sine scandalo fieri posset, preterquam si alius deesset in ecclesia presbiter, arg. di. vi. Testamentum.

q.7 124 arg. om. P

q.8 125 tractat quasi initium tituli D

q.9 129 fuerint om. P 132 vi.] vii. P 145 sine] tamen P

q.7 124 D.88 cc.3, 5-7

q.8 126 motum - De infamia cf. lin. 42

q.9 129 D.50 c.34; seruato gradu cf. D.50 c.34 131 D.50 c.4 132 D.6 c.1
134-135 C.7 q.1 c.8 135 C.7 q.1 c.29 138 seruato gradu cf. D.50 c. 34
143 D.50 c.34 146-147 D.6 c.1

q.10 Item queritur de clerico an licitum sit coram iudice qui impositurus est ultimum supplicium furem super rebus sibi furtim sublatis
150 conuenire.

Et uidetur nam qui res suas defendendo furem occidit non deponitur, ut B. lib. xi. Si fur, arg. optimum xxiii. Q. v. De occidendis, Cum homo.

Econtra: Clericis incumbit necessitas ut magis occidi eligant, quam ut iudiciis secularibus occidendos inferant, ut xxiii. Q. v. Vnum in fine.

155 **Solutio:** Licet hoc quidam habeant pro questione, sanius tamen dicitur non licere, et si factum esset, clericus deberet deponi.

q.11 Item solet queri quare baptizatus in infirmitate non posset promoueri, cum si ex dilatione ante baptismum deliquerit, per baptismum fuerit dimissum. Dicitur potest hoc propter delictum non esse constitutum, cum nullum post baptismum subsit, nec propter irregularitatem,
160 ut quidam mentiuntur; set presumitur contra ipsum, quod sicut fides creditur necessaria, non uoluntaria, sic et cetera bona credantur necessaria, utpote continentia et huiusmodi. Et notandum hoc non de quomodolibet differente, puta si differret ut in uigiliis Pasche baptizaretur, set de differente ex iniusta causa, puta ut peccata peccatis
165 accumulareret et tunc in ultimo per baptismum omnium ueniam consequeretur.

q.10 148 sit *om.* P 152 B. lib. xi.] B. li. xi. La, B. l. i. xi. P 153 eligant LB, eligantur PLaD, eligatur Z; cf. C.23 q.5 c.3 ut - occidi - eligamus, quam - occidendos - inferamus 154 xxiii.] xxxiii. P 154 Vnde P 156 si]non *add.* P clericus *arg.* P
q.11 161 mentiuntur] uincuntur P presumitur *arg.* P 162 uolumptaria P 163 notandum La, notum P, nota LZBD 164-165 puta - differente *arg.* P 164 pasce PLZ

q.10 152 Burch. *Decr.* 11.60, cf. C.13 q.2 c.32 (palea); C.23 q.5 c.8; C.23 q.5 c.19 153-154 *ut - inferant* cf. C.23 q.5 c.3 154 C.23 q.5 c.3

D.2 t.7 de bigamia

pr. Sequitur unius uxoris uirum, monogamum scilicet, idest non poligamum, quod quidem intelligendum est non secundum Ieronimum post baptisma, set secundum Augustinum, Ambrosium, Innocentium siue ante siue post. Nam in hoc casu Ieronimus prescribitur, tum quia
5 plures in contraria opinione extiterunt quorum parendum sententie, ut di. xix. In canonicis, tum quia Innocentius papa ita sensit, cuius erat hanc questionem terminare, ut xx. di. § i., De libellis.

q.1 Queritur tamen secundum Ieronimum quare bigamia in baptisate non deleatur, cum cetera irregularitates ibi deleantur, ut
10 xxv. c. ult., di. li. c. i., ii., iii., iiii.

Solutio: Huius diuersitatis rationem assignatam inuenies infra t. De infamia.

q.2 Item queritur que sit ratio quare bigamus non promouetur.

Responsio: Defectus sacramenti; in bigamo enim non representatur
15 unica coniunctio, qua coniuncta est ecclesia uni sponso Christo, qui carnem suam in duas diuisit, de quo sacramento dicit Apostolus: 'Despondi uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo', et hec eadem ratio redditur in uidue siue corrupte marito, nec enim ei congruit illud 'uirginem castam' etcetera.

tit. 2 *linearum spatium praem.* P fol. 64^{va} et La fol. 173^{vb}; de bigamis ordinandis *margin.* B fol. 30^{va}; de bigamia *supra col.* D fol. 19^{va}

q.1 11 inueniens P 12 infamia] In frañ. P

q.2 13 bigamius P 15 coniunctio] coniuncto P 16 carnem P duas] dntās P

pr. 1 *unius uxoris uirum* cf. 1 Tim. 3.2 6 D.19 c.6 7 D.20 pr. §1; D.20 c.1

q.1 10 D.25 c.6; D.51 cc.1-4 11-12 *inuenies - infamia* cf. Hon. S. *Quaest.* D.1 t.12

q.2 17 *Despondi - Christo* cf. 2 Cor. 11.2 19 *uirginem castam* cf. 2 Cor. 11.2

20 **q.3** Set cum monogamus possit promoueri in episcopum, **queritur**
 quare monogama non possit promoueri in sanctimoniam seu
 abbatissam.

Responsio: Quia in monogamo non deest aliquod sacramentum ut
 monogame. Velum enim quod imponitur uirgini cum promouetur in
 25 sanctimoniam est sacramentum illius aureole, que uirginibus in
 futuro debetur, de quibus dicitur 'et sequuntur agnum quocumque
 ierit', que corrupte deberi non potest, unde nec per aliquam promo-
 tionem representari.

q.4 **Item** cum longe magis enorme sit fornicari quam corruptam
 30 ducere, immo ita illud quod non istud, **queritur** quare impeditur eius
 promotio qui corruptam duxit, ut di. xxxiiii. Curandum, et non
 impeditur eius promotio qui fornicariam etiam corruptam cognouit, ut
 di. xxxiiii. Fraternalitatis.

Responsio: In matrimonio potest esse sacramentum, unde et
 35 sacramenti defectus, qui quidem inest contrahenti cum corrupta. In
 fornicatione uero nullum est sacramentum, unde nec sacramenti
 defectus. Vnde cum in fornicante nullus sit defectus, non est ratio quare
 ipse non posset promoueri hoc preteritu, licet de rigore alias
 impediatur, quia criminaliter deliquit.

40 **q.5** **Item queritur** quare is cuius uxor adulterata est non possit
 promoueri, cum delictum alterius alteri non debeat obesse, ut i. Q. iiii.
 c. i., ii., iii. etcetera, di. lvi. c. ii., iii. etcetera, cum etiam propria cor-
 ruptio, et multas cognoscendo etiam preter uxorem non repellat a
 promotione, ut di. xxxiiii. Fraternalitatis.

q.3 21 monogama P 23 quia *supra lin. post in add.* P 27 quo P 28 represensari P
q.4 29 -orruptam P 30 istud] illud PZ 31 xxiiii. P 32 cognouit ZB, agnouit
 PLaLD
q.5 40 his P

q.3 26-27 *et- ierit* cf. Apoc. 14.4

q.4 30-32 *queritur - cognouit* cf. *S. Lips.* et *Hon. S. Decr.* ad D.34 c.11 31 D.34 c.9
 33 D.34 c.7

q.5 41-42 C.1 q.4 cc.1-3 42 D.56 cc.3,4 (c.2 palea) 44 D.34 c.7

45 **Responsio:** Secundum quosdam uxor gerit typum ecclesie, uir Christi.
 Christus autem quodammodo diuisit se in duas uxores. Primo enim
 copulauit sibi ecclesiam de Iudeis, qua relicta postmodum sibi copulauit
 ecclesiam de gentibus, qui nichilominus fuit et est ‘sacerdos in eternum
 secundum ordinem Melchisedec’; ecclesia uero semper uirgo, semper
 50 unica coniunx extitit. Sic et uir non impeditur si se diuiserit in duas
 carnes; diuisio uero uxoris preiudicabit in qua non representatur
 ecclesia. At hoc nil est, cum si hec ratio est sufficiens, bigamus potest
 promoueri ad instar Christi, qui duas habuit et utriusque carnaliter fuit
 unitus. Vnde dici potest hoc locum habere in eo qui uxorem cognouit
 55 post perpetratum adulterium, tum propter delictum, ut ii. Q. i. c. i., ii.,
 iii., iiii., tum quia per posteriorem commixtionem una caro effectus est
 cum corrupta et adultera, arg. xxxii. Q. iiii. In Deo. Cuius modi non
 potest promoueri, ‘quia membra Christi tollit et facit ea membra
 meretricis’, arg. di. xxxiiii. Si quis uiduam. Vel dici potest et congrue
 60 talem non promoueri, quia in eo deficit illud capitulum apostolice
 regule: ‘Oportet episcopum esse domui sue bene prepositum’. At cum is
 unam ouem seruare non potuit, qualiter infinitas animas seruabit, ut
 di. xlvii. § Necessesse?

q.6 **Item queritur** an is qui uirginem cognouit et postea duxit an ut
 65 corrupte maritus debeat a promotione repelli.

Et uidetur, nam corrupte matrimonialiter coniunctus est, ergo
 corrupte maritus, ergo non debet promoueri, ut xxxiiii. Curandum.
 Item matrimonium fuit initiatum et consummatum cum corrupta, ergo
 maritus corrupte censeri debet. Item coitus qui precessit matrimonium

q.5 46 autem B, aut LaD, a P duas] duas P 49 uero] nec P 51 uero] non P
 52 hec om. P susticiens P 55 tum] tamen P 57 Deo PLALD, eo B et Friedb.
 61 propositum P

q.6 64 qui om. PLAD 66 Et] non add. PLAD corrupte P

q.5 45-48 *Secundum - gentibus* cf. S. Lips. ad D.34 c.11 et S. Sim. ad loc. p.35 48-49 *sacer-*
dos - Melchisedec cf. Hebr. 5.6 49-50 *ecclesia - extitit* cf. S. Lips. ad D.34 c.11 et S. Sim. ad
 loc. p.35 50-53 *Sic - promoueri* cf. Hon. S. Decr. ad D.34 c.11 55-56 C.2 q.1 cc.1-4
 57 C.32 q.4 c.12 58-59 *quia - meretricis* cf. C.32 q.4 c.12 59 D.34 c.15
 61 *Oportet - prepositum* cf. 1 Tim. 3.2-4 et D.47 p.c.8 63 D.47 p.c.8

q.6 67 D.34 c.9

- 70 fuit illegitimus et peccatum. Nec quod est peccatum et contra naturam potest desinere esse peccatum, ergo per subsequens matrimonium non potuit legitimari, ergo ad matrimonium non pertinet, ergo coitus qui consummauit matrimonium cum corrupta exercebatur, ergo non potuit promoueri.
- 75 **Econtra:** Ordinis turbatio factum non irritat, ut di. lii. Sollicitudo. Nec enim interest an prius duxerit et post cognouerit, an uice uersa, ut xxxii. Q. iiii § Hiis ita, ibi 'Iacob' etcetera. Item cognoscere quando-cumque est cognoscere, ut i. Q. i. Eos
Solutio: Dici potest eum non impediri, licet alii secus dicant.
- 80 **q.7 Item queritur** de eo qui duxit consanguineam et separato matrimonio contraxit cum alia, an ea mortua possit promoueri.
Et uidetur quod non, nam bigamus est. Licet enim primum matri-monium non fuerit legitimum, tamen fuit matrimonium, arg. i. Q. i. Quod quidam. Item sollempniter penitens grauius delinquit si contrahit
85 quam si fornicatur, ut xxvii. Q. i. Deuotam. Ergo manifestum quod talis potest contrahere, cum, si non posset contrahere, in contractu nil ageret et ita, non nisi fornicaretur, nec deberetur pena nisi ut fornicanti. Ergo pari ratione cum consanguinea potest esse matrimonium. Vel propter exteriorem superficiem ita iudicandum est, cum maius sit
90 quandoque quod est in opinione quam quod in re.
Econtra: Verum est istos fuisse cognatos, ergo uerum est inter istos non fuisse matrimonium, ergo iste bigamus non est iudicandus. Item nullus coitus inter istos fuit legitimus, ergo quilibet fuit fornicarius, ergo ratione illarum commixtionum non potest in isto defectus sacra-
95 menti notari, ergo non impeditur ut bigamus, ut di. xxxiiii. Fraterni-tatis.

q.6 70-71 fuit - matrimonium *marginis* P (*partim illeg.*) 70 contra naturam] e^a n^a P
72 conitus P 73 consummauit P cum] in P corrupta P potuit *om.* P
77 Q. iiii. *emend.*, Q. i. *mss.* 77-78 § - Q. i. *marginis* P (*partim illeg.*) 77 Hiis] his. his. P
q.7 84 contrait P 87 deberetur La, deb'atur P, debetur LZBD

q.6 75 D.52 c.1 77 C.32 q.4 p.c.2; *Iacob* cf. C.32 q.4 p.c.2 78 C.1 q.1 c.21
q.7 83-84 C.1 q.1 c.97 85 C.27 q.1 c.27 95-96 D.34 c.7

Solutio: Dicitur potest eum ratione bigamie repellere non posse, cum bigamus non sit, nam ad hoc quod aliquis sit bigamus oportet ut carnem diuidat in duas carnes et in duas uxores. Primum enim sine
100 secundo non sufficit, ut et nec secundum sine primo, ut di. xxxiiii. Valentino.

q.8 Item queritur an bigamus sit iudicandus sollempniter penitens, qui contrahit post sollempne uotum cum muliere.

Et uidetur, ut xxvii. Q. i. Quotquot.

105 **Econtra:** Secundum matrimonium nullum fuit, non ergo bigamus censetur. Item esto quod post simplex uotum contraxerit, queritur an tertio sit bigamus.

Et uidetur, quia utrumque et primum et secundum legitimum est, ergo bigamus censetur ut supra.

110 **Econtra:** Vnicam et uirginem duxit, ergo non est in eo defectus sacramenti illius coniunctionis qua coniungitur ecclesia 'uni sponso Christo', cuius pretextu dicitur aliquis bigamus, ut xxvi. di. Acutius. Item si post seculares nuptias aliquis spiritualiter contrahat per uotum Christo, bigamus non erit; alioquin nullus monogamus posset pro-
115 moueri. Que erit ergo ratio diuersitatis inter hunc casum et preasignatum?

Solutio: Dicitur potest talem bigamum non esse, licet quidam perperam credant in contrarium. Nec dicit canon quod tales sint bigami, set quia inter bigamos computabuntur, idest sicut bigami non possunt
120 promoueri, sic nec tales, quia criminosi et adeo criminosi, quod eis sollempnis penitentia debet indici, ut xxvii. Q. i. c. ii., De uotam. Hoc de sollempniter uouentibus; de simpliciter uouentibus eadem est ratio, eo excepto quod sollempnis penitentia eis non indicitur, licet alias ualde sint criminosi. Vel de simpliciter uouentibus secus, qui bene possunt
125 promoueri, nec loquitur capitulum illud nisi de sollempniter uouentibus.

q.7 97 bigamine P

q.8 108 utrum P 110 non om. P 113 nuptias P 118 non P 120 adeo] ad deo P 122 de om. P 123 quod] per P sollempniis P

q.7 100-101 D.34 c.20

q.8 104 C.27 q.1 c.24 111-112 uni - Christo cf. D.26 c.2 ante §1 112 D.26 c.2 121 C.27 q.1 c.2; C.27 q.1 c.27

q.9 Item queritur que sit causa illius constitutionis xxxiiii. di. Si quis uiduam uel, ubi statuitur quod is non potest promoueri qui ancillam copulauerit sibi.

130 **Responsio:** Si de corrupta loquitur, ratio expedita est. Si de uirgine ancilla loquitur, dici potest ideo talem repelli quia presumitur contra ipsum, quod causa libidinis hoc fecerit, qui tam uili coniugio se copulauerit, unde timetur de ipsius incontinentia, uel fortassis quia ibi est semiplenum sacramentum, cum sit ibi conditionis disparitas.

135 **q.10 Item queritur** si aliquis ducat uiduam corruptam et non cognoscat, an talis ea mortua possit promoueri. Et non uidetur, nam hec ratio redditur quare Valentinus potuit promoueri, quia non cognitam a priori duxit, ergo ubi eadem deest ratio, idem ius subesse non debet. At iste ab alio cognitam duxit, ergo non potest promoueri.

140 **Econtra:** Non fit uir una caro cum uxore nisi per carnis commixtionem, ut in extra. de coniugatis Ex publico, xxvii. Q. ii. Agathosa. At iste cum ista numquam una caro effectus est, ergo in eo non est defectus sacramenti, ergo potest promoueri.

145 **Solutio:** Dicatur eum posse promoueri, quia non eundem habet effectum inchoata quem haberet si esset consummata, ut di. l. Is uero, quia sicut bigamus non dicitur, nisi carnalis commixtio in secundo coniugio interueniat sicut in primo; sic non dicitur uidue maritus ut debeat ilico repelli, qui non cognouit uiduam quam duxit.

q.9 127 sit *om.* P 128 uel ubi PLaZ, ubi LB, uel (ubi D²) ut D (*cf. an.* 119 *Friedb.*)
128 his P 130 ratio] non P 131 ideo *mag.* P 134 tum P

q.10 138 ergo] contra *add.* P deest] est P ius P 140 uir P^{ac}LaZBD, uidua P^{pc},
mulier L cum uxore D, cum uiro PLaL, et uiro Z, *om.* B 145 consummata P
148 debeat] detrahat Z ilico *coniecimus*, dico PD, *illeg.* L, dico loco LaZ, de eo loco B

q.9 127-128 D.34 c.15

q.10 141 JL 13787; WH 476; *App.* 5.8; 1 *Comp.* 3.28.7 (X 3.32.7); C.27 q.2 c.21 145 D.50
c.57

D.2 t.8 de sobrietate

pr. Sequitur non uinolentum set sobrium, quod de duplici sobrietate et potus et cibi est intelligendum. Neque enim ebrietas prohibetur ubi uoracitas permittitur, nam utrumque inter ‘opera tenebrarum’ Apostolus connumerat, simul dicens: ‘Non in comessionibus et ebrietatibus’, ut di. xliiii. § Cum autem.

5 **q.1** De ebrietate ergo **queritur** quomodo impediatur aliquem a promotione, cum ‘ebrietas inter peccata minuta computetur’, ut di. xxv. § Alias.

10 Ad hoc **dici potest** quod non ebrietas set ebriositas impedit, idest assidua ebrietas.

Set **non uidetur** esse uerum, quia nec hic actus ebrietatis est mortale uel criminale, nec ille, nec tertius, nec est assignare quis actus usque in infinitum sit mortale, ergo nullus actus est mortale, sic ergo nulla ebrietas mortalis est; sic ergo nec assidua ebrietas, cum contradicat

15 Augustinus xxv. di. § Alias.

Solutio: Dici potest quod nulla ebrietas est mortalis, set propositum et contemptus se assidue inebriandi est mortale. Vel licet nullus actus per se sit mortalis, collectio tamen plurium et eorundem assiduitas est mortalis.

tit. 3 *linearum spatium praem.* P fol. 65^{ra}; 2 *linearum spatium praem.* La fol. 174^{ra}; de sobrietate *supra col. et marg.* D fol. 20^{rb}

pr. 1 uinolentum LaZB, uiolentum PLD 5 autem LaLZ, aut PD, ante B

q.1 11 hic] ibi P ebrietatis] ebrietas P 12 uel] et P quis] qui P

14 cum] est P 17 conteptus P 18 eorundem *marg.* P

pr. 1-2 *non - intelligendum* cf. *S. Lips.* et *Hon. S. Decr.* ad D.44 pr. 2-4 *Neque - connumerat* cf. D.44 pr. 4-5 *Non - ebrietatibus* cf. Rom. 13.13 et D.44 pr. 5 D.44 pr.

q.1 7 *ebrietas - computetur* cf. D.25 p.c.3 in §7 7-8 D.25 p.c.3 ante §5 15 *Augustinus* cuius verba v. D.25 p.c.3 in §5; D.25 p.c.3 ante §5

- 20 **q.2** **Item** de Loth **solet queri** an ab incestu ratione ebrietatis possit excusari.
Et uidetur, quia qui per uina delinquunt ‘apud sapientes iudices uenia facti donantur’, ut xv. Q. i. Sane. Item ‘culpandus est Loth, non quantum incestus meretur, set quantum ebrietas’, ut e. Q. e. In-
 25 ebriaauerunt. Item ‘fuit peccatum et non uoluntarium, ergo non fuit peccatum’, ut e. Q. e. § i. Item optimum arg. e. Q. e. Si concupiscentia. Item si sciens et prudens hoc egisset excusaretur, quia nondum lex lata erat que inhiberet huiusmodi copulam, ergo crimen non erat, ut xxxii. Q. iiiii. Dixit, Obiciuntur. Item propter defectum humani generis bene
 30 eo tempore licuit, ut xxxv. Q. i. Cum genus, nam et hac ratione excusantur filie, ut xxxii. Q. iiiii. Dixit in fine. Item eodem tempore Iacob incestum commisit cum duabus sororibus, item Abraham cum nepte propria, et excusantur. Ergo uel et Loth excusabitur, cum illorum incestus commissus fuerit preter omnem necessitatem istius in articulo
 35 necessitatis, uel nec illi excusabuntur, nam quanto gradus proximitatis incestum Loth potuit aggrauare magis quam incestum Abrahe tanto scientia Abrahe magis potuit aggrauare quam ignorantia Loth. Sic ergo consideratis istis et ad inuicem compensatis uidetur quod si Abraham excusetur, quod et Loth excusari debeat.
 40 **Econtra uidetur**, nam ex ebrietate deliquit, ergo sine incestu peccatum minuit peccatum, quod est repellendum, ut ff. de priuatis delictis l. Numquam. Item ‘qui ex pluribus delinquit, plus delinquit’, ut xiii. di. c. i

q.2 20 Item *tractat quasi initium tituli* D ab an *tr.* P possit *om.* P 26 Item *forsan supra lin.* P^{ac} 29 generis *margin.* P 32 sororibus] numquid excusabatur Iacob uel Abraam, ut xxxii. Q. iiiii. Dixit, Obiciuntur (D.32 q.4 cc.3,7). *Econtra*: Prohibitum fuit adulterium in paradiso: Erunt duo in carne una (Gen. 2.24). Respondit: Excusabantur quia hoc fecerunt familiari consilio Spiritus Sancti. Alioquin non fuissent excusati, quia fornicari numquam licuit, ut di. lxxxii. Cum *for.* (*corruptum ex* Cum sorores, *est forsitan* D.81 c.27) *add.* B 33 et¹] etiam P 33 excusantur LaLD, excusatur P et² *om.* PD 34 inaccessus P 35 illi *supra lin. ante nec tr.* P 36 aggrauare] quam ignorantia *praem.* P 41 repellendum] *rep. et lac.* PLa, *rep.* LD, *recipit* Z, *ineptum* B 41 l.] b. B

q.2 22-23 *apud - donantur* cf. C.15 q.1 c.7 23 C.15 q.1 c.7 23-24 *culpandus - ebrietas* cf. C.15 q.1 c.9 24-25 C.15 q.1 c.9 25-26 *fuit - peccatum* cf. C.15 q.1 pr. in fine §4 26 C.15 q.1 pr.; C.15 q.1 c.8 28-29 C.32 q.4 c.3 29 C.32 q.4 c.7 30 C.35 q.1 c.1 31 C.32 q.4 c.3 41-42 *Dig.* 47.1.2. 42 *qui - delinquit* cf. *S. Lips.* ad D.13 c.1 in initio et Hon. *S. Decr.* ad D.13 c.1 in fine; D.13 c.1

D.2 t.9 de usuris

pr. Sequitur prudentem, ornatum, hospitem, doctorem, non percussorem, set modestum, non litigiosum, que omnia satis plana sunt. Sequitur ergo in eadem epistola 'oportet episcopum esse non cupidum'. Set cum cupiditas quedam sit honoris, que quidem prohibet a promotione, ut i. Q. vi. Sicut is; quedam potentie, que similiter promouendum impedit, ut di. xlvii. Virum; quedam diuitiarum, que consistit tum in retinendo, ut si nimis sit tenax, que promouendum impedit, ut di. lxxxv. Florentinum, tum in acquirendo, que, si maxime ex usurarum exactione proueniat, et promouendum impedit, ut xlvii. De Petro, et 10 promotum deicit, ut e. di. c. i., ii, iii. Set quoniam de hac ultima specie cupiditatis apostolica presertim prodiit inhibitio, de hac uideamus.

q.1 Queritur ergo an is delinquat qui accipit pecuniam ad usuram. **Et uidetur**, nam et is tribuit alii peccandi occasionem, ergo peccat. Item commune est negotium et uterque qui agit intendit agere, alter 15 delinquit, ergo reliquus.

Econtra: Si est peccatum, non est nisi ueniale, quia, si quis iurauerit se soluturum, usuram soluere tenetur, ut in extra. de usuris c. Debitores, ad quod non teneretur, si mortale esset delictum, ut xxii. Q. iiii. In malis.

tit. 4 *linearum spatium praem.* P, De usuris *marg.* P fol. 65^{rb}; de usuris *supra col.* D fol. 20^v, *male ad initium* q.1 *marg.* D fol. 20^{va}

pr. 2 plena P 6 impedit LZB, impediunt PLaD 8 usuras P

q.1 12 Queritur *tractat quasi initium tituli* D 14 commune est] si aliquid acceptam pecuniam ad usuram socio communicet et ea conditione, ut soluat partem usure, numquid iste dicitur usurarius? (*verba cf.* Hon. S. Decr. ad D.46 c.10) *add.* B 16 Si] Non P

pr. 1-2 *prudentem - litigiosum* cf. 1 Tim. 3.2-3 3 *oportet - cupidum* cf. 1 Tim. 3.3 5 C.1 q.6 c.3; *potentie* cf. D.47 c.7 6 D.47 c.6 7-8 D.85 c.1 9 D.47 c.4 10 D.47 cc.1-3

q.1 17 JL 14127; WH 310(e); *App.* 16.4; 1 *Comp.* 2.17.2 (X 2.24.6) 18-19 C.22 q.4 c.5

- 20 **Solutio:** Dicitur potest eum grauius delinquere, si possit alias habere
quam ad usuram. Alioquin impotentia ipsum excusabit, quo casu non
peccat; uel si peccat, non nisi uenialiter, quo casu decretalis intelligi pot-
est. Set qualiter dicitur aliquis non posse aliunde habere, cum habere
25 uel decreta uel huiusmodi sine quibus salua dignitas esse non potest.
q.2 Item queritur utrum magis sit peccatum preter articulum
necessitatis accipere a Christiano quam a Iudeo.
Videtur quod a Iudeo, nam illicitum est ei communicare, ut xxviii. Q. i.
Nullus, Omnes. Item Iudeus est excommunicatus, ergo ei communicare
30 non licet, ut xi. Q. iii. Excommunicatos, Cum excommunicato.
Econtra: Videtur quod grauius sit a Christiano, nam grauius delinquit
Christianus usurarius quam Iudeus, arg. xii. Q. i. Scimus in fine, ergo
grauius huic dare occasionem peccandi quam illi. Item Iudeus est mem-
brum diaboli, Christianus membrum Dei, ergo grauius peruertere
35 membrum Dei quam membrum diaboli, arg. xxxii. Q. iiii. In eo.
Solutio: Dicitur potest et hoc uerius quod grauius est a Christiano quam a
Iudeo accipere. Set quid in articulo necessitatis? Resp.: Idem, nam
communicantem Iudeo excusat necessitas, ut xi. Q. iii. Quoniam. Cete-
rum hoc etiam casu a Christiano accipiendo uenialiter delinqueret.
40 **q.3 Item queritur** de mediatoribus qui petunt fenebrem pecuniam
alii dare, qui etiam ab utraque parte aliquid accipiunt, an delinquant.
Et uidetur quod sic, quia mediatores in illicitis contractibus sunt, ergo
delinquant. Item isti consensum prestant cooperando, ergo equaliter
delinquant ipsis reis, ut ii. Q. i. Notum, xxiii. Q. iii. Qui aliorum.

q.1 21 non] nec P 23 habere¹] uacat (*delendum*) *praem.* P 24 arg. PLa, a. xx. D, arg.
di. xx. B (*forsan sunt reliqua allegationis; cf. Hon. S. Decr. ad C.14 q.3 pr.*), dicit Bernardus,
adde huiusmodi necessitatem non excusare a peccato, arg. c. xxxii. Q. iiii. Sicut (C.32 q.4
c.8) *add.* B

q.2 30 iiii. P 32 fine] si. P 34 Dei] Christi Z 35 Dei] Christi Z 36 quod
LZB, quam PLaD 39 accipiendo ZB, accipere PLaLD

q.3 42 meditores P 44 delinquant *om.* P

q.1 22 *decretalis* cf. ad lin. 17 23-26 *non - potest* cf. Hon. S. Decr. ad C.14 q.3 pr.

q.2 28-29 C.28 q.1 cc.13-14 31 C.11 q.3 cc.17-18 32 C.12 q.1 c.9 35 C.32 q.4
c.12 38 C.11 q.3 c.103

q.3 40-49 Cf. Hon. S. Decr. ad D.46 c.10 44 C.2 q.1 c.10; C.24 q.3 c.32

- 45 **Econtra uidetur**, nam in articulo necessitatis consulit proximo sine cuius consilio uergeret ad summam inopiam, ergo potius meretur quam peccet. Item is pro quo intercedit non peccat, ergo nec eius coadiutor.
- Solutio:** Dici potest quod si amore lucri fiunt interuetores, quod mortaliter delinquant, secus si amore consulendi proximo. Aliquid
- 50 tamen accipere licitum est pro labore sine pacto, nam pactum turpitudinem notaret et eo ipso societas ipsius cum usurario presumeretur.
- q.4 Item queritur** de clerico qui fideiussit pro aliquo accipiente pecuniam ad usuram cessante in solutione debiti, pro quo soluit tam sortem quam usuras, an a reo pro quo soluit possit petere usuras.
- 55 **Et non uidetur**, nam pecunia quam petit usura pro parte est, ergo non est recipienda nec petenda.
- Econtra:** Totum soluit pro ipso, ergo quantum ad hoc totum est sors, unde totum petere potest.
- Solutio:** Soluenti totum est sors, ergo totum peti potest. Set numquid
- 60 posset clericus fideiussor aliquem cogere, presertim clericum, ad soluendum usuras in quas pro eo fideiussit? Resp.: Credo posse.
- q.5 Item queritur** que sit ratio quare usura a Deo districte inhibeatur in ueteri et in nouo testamento, cum multa sint peccata que adeo detestabilia sunt et plus, que tamen a Deo districte non inhibentur?
- 65 **Resp.:** Dici potest quod usurarius potius uidetur Deum contempnere quam alius criminosus, qui proximo indigenti non uult subuenire propter Deum, set propter lucrum temporale. Satis ergo arguitur de contemptu qui huius mundi contemptibilia amori Dei preferit, quod est idolatrare. Preterea cum iuuat pauperem non intendit iuuare, set
- 70 pecuniam suam in contemptum iuris naturalis, quo quisque prohibetur alii facere quod sibi nollet fieri, augmentare.

q.3 47 coadiutor ZB, coadiuator LaD, coadunator(!) P 48 fiunt La, fuerit P, fuerint ZBD

q.4 54 an - usuras² marg. P 59 Soluendi P

q.5 62 districte] non add. PLa 68 conteptu P 69 set] si PLa 71 augmentare]

Item queritur, quare prohibeatur potius accessio in mutuo quam in locato pro conducto.

Resp.: In locato aliquid rei deperit, quia usu fit deterior, in mutuo nichil deperit. Item in locato fortuitu casus obsunt locatori, in mutuo autem esse periculum spectat ad debitorem.

Et hee sunt rationes quare locatorem aliquod debet sequi emolumentum, creditorem minime, quia nichil ei deperit add. B

q.4 52-59 Cf. Hon. S. Decr. ad D.46 c.10

q.6 **Item queritur** qualiter Ambrosius potuit dispensare ut usura a gentilibus susciperetur, dum dicit ‘ubi ius belli, ibi ius usure’, ut xiiii. Q. iiii. Ab illo.

75 **Et uidetur** quod dispensare non potuit, nam quod Dominus dixit uel apostoli uel prophete docuerunt ‘debent sancti patres usque ad animam et sanguinem defendere’, ut xxv. Q. i. Sunt quidam.

Preterea cum Ambrosius non fuerit papa, qualiter potuit dispensare? Similimodo de eo quod in Turonensi concilio statutum est, in extra. de
80 usuris Plures, queritur quomodo sit intelligendum quod ibi dicitur, quod clericus uidelicet non debeat exercere usuram nisi propter predium ecclesiasticum, quod ei redimendum de manu laici uideretur.

Nec enim uidetur quod possit stare casus qui ibi solet assignari, scilicet quod, si laicus predium obligatum sibi possiderat, possit clericus
85 super eodem predio pecuniam mutuare eidem laico, ut sibi fructus computet tam in sortem quam in usuras, nam hoc inhihetur, ut in extra. de usuris Quoniam, Cum tu, Ad nostram. Item nomine proprio aut nomine non proprio exercet usuram aut nomine ecclesie. Nominem proprio nequaquam, cum hoc sit contra prohibitionem ueteris et noui
90 testamenti. Nominem ecclesie non, quia hoc cuilibet inhihetur ‘nominem alieno usuram exercere’, ut xlvi. Sicut; item absit ut ecclesia tam turpiter lucretur, ut xii. Q. ii. Fraternitas.

Similiter de c. Lat. conc. Iudei **solet queri**, ubi dispensatur circa Iudeos ut conuersi ad fidem pecuniam per usuram adquisitam retineant.

q.6 72 a om. P 73 gentilibus BD (*de gentilibus tractari uidetur, cf. lin. 102*), gentibus Z, errant PL (contemptibilibus) et La (contemptilibus) *propter tam praecedentia uerba (lin. 65-70 contemptibilia etc.) quam propter similitudinem formarum g- et 9-* 75 Dominus om. P 76-77 debent - defendere marg. P 77 quidam Friedb., qui mss. 78 Preterea] Propterea P 79 in²] In P 80 Plures App. 16.9 (*cf. infra lin. 107 et 239 et Hon. S. Decr. ad C.14 q.3 pr.*), Presens mss. 85 mutare P 87 aut] ut P 91 xlvi. emend., xlv. mss.

q.6 74 C.14 q.4 c.12 77 C.25 q.1 c.6 79-82 Cf. Hon. S. Decr. ad C.14 q.3 pr. 79-80 App. 16.9; Conc. Turon. (1163) c.2; 1 Comp. 5.15.1 (X 5.19.1) 83-86 Cf. Hon. S. Decr. ad C.14 q.4 c.12 (II.217.21-29) 86-87 JL 13819; WH 834; App. 16.3; 1 Comp. 5.15.4 (X 5.19.2) JL 14093; WH 322; App. 16.5; 1 Comp. 5.15.5 (X 5.19.5) JL 13804; WH 79; App. 16.7; 1 Comp. 2.17.3 (X 2.24.7) 91 D.46 c.10 92 C.12 q.2 c.11 93-94 Cf. Hon. S. Decr. ad C.14 q.4 c.12 93 3 Conc. Lat. c.26; 1 Comp. 5.5.5 (X 2.20.21)

- 95 **Solutio:** Placet quibusdam in duobus primis casibus licite exerceri posse usuram, nam eodem spiritu sunt ista exposita et exceptiones posite quo erat illud generaliter sine exceptione propositum, ut di. xlvi. Sicut ille. Et licet Ambrosius summus pontifex non fuerit, tamen propter meritorum suorum prerogatiuam quicquid ab eo dictum est
 100 confirmauit Romana ecclesia. Vel dicatur, et melius, improprie usuras pro immoderatis exactionibus poni.
 In primo casu quibus gentiles sunt opprimendi, ut saltem per huiusmodi oppressiones ad rectitudinem compellantur, ut xxiii. Q. vi. Iam uero.
- 105 In secundo casu dici potest non usuram, set speciem excerceri usure, quod licitum est, dum tamen nomine ecclesie cuius est predium. Credo enim illud capitulum Plures intelligi debere de laico qui fructus predii sibi obligati in usuram computauerat longo tempore nec eos restituere uult nec propter potentiam ipsius potest cogi uel si cogeretur maius
 110 dampnum uel periculum aliunde ecclesie proueniret, quo casu ab eodem laico clerico obligato predio poterit clericus fructus in usuras computare eo usque quo indempnis conseruetur de usuris perceptis a laico undique. Ergo satisfactio ecclesie redemptum predium creditur nec dici potest in hoc casu uera usura que enim inuidia, si quid de rebus ecclesie
 115 illicite profectum est, ad ecclesiam reuersum fuerit, ut Inst. Set numquid priuatus cum priuato similimodo posset agere queri potest. Et forte sic, licet quibusdam in contrarium placeat.
 In tertio casu de Iudeis dici potest nullam esse dispensationem nec dispensari posset etiam ab Apostolo, nedum a simplici apostolico, ut sine
 120 peccato eandem pecuniam retinerent, set quandam dissolutionem, ut alii ad fidem prouocentur. Inter quos uel aliquis saluari poterit, cum alioquin nullus saluaretur, et melius est unum lucrari quam omnes perdere. Et hoc idem uidetur Augustinus confirmare xxiii. Q. iiii. Debet.

q.6 95 Placet] Placeat a P 97 xlvi. *emend.*, l. *mss.* 108 eos LaZB, eo PD, *om.* L
 109 maius] magis P 110 dapnum P 112 quo] usque *add.* PZ in dapnis P
 113 redeptum P 114 inuidua P 115 ut Inst.] ut in. ut inst'. P Inst.] *lac. add.*
 PLaZ, *crucem marg. add.* P 117 quibusdam] a quibus P 118 tertia P
 120 pecuniam ZB, personam PLaLD dissilutionem P

q.6 97-98 D.46 c.10 98-100 Cf. Hon. S. *Decr.* ad C.14 q.4 c.12, sed uidetur dicere contrarium 103-104 C.23 q.6 c.4 107 *App.* 16.9; *Conc. Turon.* (1163) c.2; 1 *Comp.* 5.15.1 (X 5.19.1) 115 *ut Inst.* forsan *Inst.* 2.1. 118-121 Cf. Hon. S. *Decr.* ad C.14 q.4 c.12 123 C.23 q.4 c.53

q.7 Item queritur de locatore qui locat domum uel equum pro certo
125 pretio, utrum accepto pretio dicatur usurarius.

Et uidetur, quia preter speciem quam accomodauit aliam recipit
speciem, ergo est usurarius, ut xiiii. Q. iiii. Nullus.

Vel si non usurarius, que ratio diuersitatis assignatur, quod in mutuo
exercetur usura, non in locato?

130 **Solutio:** Secus est in locato ubi, si res casu fortuito amittitur, conductor
liberatur et periculum locatorem respicit, nisi aliter in conuentione
exprimatur; unde cum se periculis exponat, non est absurdum, si preter
rem locatam aliquid accipiat. Ceterum in mutuo solet debitor casus
135 fortuitos prestare. Incendium enim non liberat ere alieno debitorem, ut
C. de rebus creditis l. Incendium. Cum ergo hic omne periculum respi-
ciat debitorem, creditori autem semper salua sit sua pecunia, non est
mirum, si illicitum sit hic aliquid accipere.

q.8 Item queritur de predio pecunia usuraria empto cuius sit.
Ementis non est, quia non suam set alienam pecuniam numerauit, nec
140 enim efficitur usurarius dominus rei per usuram adquisite, ut xiiii.
Q. iiii. Quid dicam.

Item uendentis non est, quia alienauit et animum possidendi et
habendi desiit et corpore et animo desiit possidere, ergo suum non est.
Set nec alterius est, ergo in nullius bonis est, ergo occupanti concedi-
145 tur.

Solutio: Placet quibusdam fisci esse, cuius sunt bona uacantia immo
omnia, ut xxiii. Q. v. Dicat, quod tamen non uidetur. Cum enim per-
mittat usuram tamquam consentiens, puniri debet ut faciens, unde sicut
usurarius repellitur, sic et fiscus; unde uerius est ecclesiam dominam
150 effectam ratione criminis quod est merum ecclesiasticum, simile di. liiii.
Fraternitatem, di. lxiii. Adrianus. Debet ergo ecclesia predium uendere

q.7 125 utrum - pretio² *marg.* P 126 preter] propter P 127 xiiii. B, xviii. P
132 absurdum P 133 debitor *om.* PL

q.8 150 effectam *marg.* P 151 predium] presidium P

q.7 127 C.14 q.4 c.6 134 *Incendium - debitorem* cf. *Cod.* 4.2.11 135 *Cod.* 4.2.11

q.8 140-141 C.14 q.4 c.11 142-145 Cf. *Inst.* 2.1.18 147 C.23 q.5 c.25
150-151 D.54 c.15 151 D.63 c.22

et pecuniam hiis erogare quorum fuit uel eorum heredibus uel, si ipsi defuerint, pauperibus, ut in extra. de usuris Cum tu.

155 **q.9 Item** de pauperibus **queritur** quibus datur talis pecunia eo mortuo a quo erant extorte, nec sunt propinqui quibus possint restitui, utrum domini sint effecti.

Et non uidetur nam is qui dedit dare non potuit, nec enim dominus erat, 'nec alienatur possessio nisi a uero domino', ut di. liiii. Abbati, nec ab alio acceperunt, non ergo domini effecti sunt.

160 **Solutio:** Dici potest eos dominium adquisitos non eius traditione, set canonis auctoritate.

q.10 Item solet queri de eo qui commodat uasa argentea uel etiam pecuniam numeratam alicui, gratia dicis ut scilicet ditior appareat, pro certo pretio, an sit dicendus usurarius.

165 **Et uidetur**, cum hic emolumentum habeat etiam de mutuo.

Similimodo **solet queri** de eo qui usumfructum per solitam cautionem constitutum in pecunia numerata certo habendum tempore pro decem singulis annis dum placet recipiendis concesserit, an usurarius sit.

170 **Et uidetur**, nam cum salua sit sibi pecunia, ex ea aliquid emolumentum recipit, unde uidetur quod sit usurarius.

Solutio: Placet quibusdam in utroque casu usuram exerceri. Credo tamen in neutro esse usuram, nam in primo non est mutuum, set locatum, in secundo uero directa emptio intercedit. Quidam tamen assignant rationem quare aliter sit in mero mutuo, aliter in predictis casibus.

175 Dicunt in mutuo transferri dominium, non autem in dictis casibus. At hoc nil est, cum, etsi in premissis casibus pecuniam numeratam sue commisceat, confusione sua fit, ut Inst. de rerum diuisione; item et alia ratione eliditur ratio eorum, quia ubi dominium transfertur magis licite aliquid accipitur quam ubi dominium retinetur.

q.9 154 quibus *marginis* P 157 Et] Set P

q.10 162 Item *lac. quasi in initio novi tituli praem.* D 163 ditior] dicior P apparat P
164 dicendus] dandus PB 165 euolumentum P 171 quidam P 175 autem
LZB, aut PLaD

q.8 153 JL 14093; WH 322; *App.* 16.5; 1 *Comp.* 5.15.5 (X 5.19.5)

q.9 158 D.54 c.22

q.10 177 *Inst.* 2.1.27

180 **q.11** **Item** de culcitris **queritur** que Parisius a scholaribus suscipi-
untur mutuata certa pecunia sub hac conuentione, ut singulis mensibus
de mutuo remittatur unus denarius quasi in pretium locationis, utrum
scolares sint usurarii.

Et uidetur, nam alias locarent eas singulis mensibus pro quinque
185 denariis, ergo emolumentum habent de mutuo, ergo usura est, quo-
cumque nomine censeatur, ut xiiii. Q. iii. Plurique.

Solutio: Precise debet dici usuram esse, set nec excusantur ex dis-
pensatione episcopi Parisiensis, set nec ex pape indulgentia possent ex-
cusari, cum utriusque testamenti pagina sit usura detestata, ut xxv.

190 Q. i. Sunt quidam.

Similimodo **solet queri** de hiis qui conducunt hospitia pro minori
pretio, si simul totum pretium soluerent quam si separatim soluerent,
an sint dicendi usurarii, cum ex minimis aliquid habeant emolumenti.
Et placet quibusdam idem iuris esse quod in precedenti casu. Verius
195 tamen est hic usuram non exerceri, nam hic mera locatio est, supra
potius mutuum quam locatum.

q.12 **Item queritur** de eo qui emit fructus alicuius predii tribus
annis percipiendos pro xx., utrum, si percepti ualeant xxx., censeri
debeat usurarius.

200 **Et uidetur** quibusdam esse usuram. Verius tamen est non esse, tum
quia fortune se committit, tum quia contrahentibus licet naturaliter
sese circumuenire, dum equitate pacti tolerari possit, ne ultra dimidium
iusti pretii uenditor dampnificetur, ut ff. de donationibus inter uirum et
uxorem l. Si sponsus § Circa.

q.11 187 dici *om.* PD 188 ex *om.* P 189 sit *om.* P 190 quidam *Friedb.*, qui
PLaLZ, *om.* BD 191 de]in P conduxerit P 193 minimis BD, n̄mis P, m̄nus L,
n̄nis La

q.12 198 praeciendos P 200 quibusdam *margin.* P

q.11 180-183 Cf. *S. Lips.* ad C.14 q.4 c.12 et Hon. *S. Decr.* ad C.14 q.3 pr. 186 C.14 q.3
c.3 189-190 C.25 q.1 c.6 191-196 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.14 q.3 pr.

q.12 203-204 *Dig.* 24.1.5.5

- 205 **q.13** **Item queritur** de eo qui commodauit modium cum ualuit x. et
 recepit duos, cum simul non ualeant nisi x., an sit usurarius.
Et uidetur, quia ipsum quod dedit cum augmento suscepit, ergo
 usurarius est, ut xiiii. *Q.* iiii. Si quis clericus, Nullus.
Econtra uidetur, x. solidos accipere potest, nam tantum ualuit quando
 210 commodauit, ergo cum ex mutuo suo dampnificari non debeat quantum
 tunc ualuit accipere poterit. Et si x. accipere potest, cur non tantum de
 uino acciperet, quantum pro x. posset emi? Immo potest, arg. xiiii.
Q. iiii. Si quis clericus.
Solutio: Placet quibusdam nec duos modios nec x. tempore solutionis
 215 debere accipere, nisi specialiter inter contrahentes ab initio ita conue-
 nisset, ut tempore statuto solueret x. Aliis uidetur duos modios reci-
 pere non posse propter exteriorem facti speciem que pretenderet
 turpitudinem, si de eodem augmentum reciperet. x. tamen solidos bene
 suscipere poterit, cum eo tempore quo commodauit tanti uendere pos-
 220 set, nec habet necesse aliquis alii consulere cum suo detrimento, nam
 nec cum alieno detrimento, ut xiiii. *Q.* v. Denique, et tibi proximus
 esto.
q.14 **Item possumne** commodare uinum quanticumque pluris, erit
 ad Pascha?
 225 **Resp.**: Vsura est. Item commodauit modium cum ualuit x.
Possumne accipere modium cum tempore solutionis ualeat xx.?
Resp.: Secundum quosdam sic, cum id solum 'quod commodauit
 recipiat et tantum', ut xiiii. *Q.* iiii. Nullus, cum etiam fortune se com-
 miserit, nam si tempore commodati ualeret x. et tempore solutionis
 230 non ualeret nisi v. non susciperet nisi modium. *Que* ergo ratio diuersi-
 tatis? Et hec sententia uidetur confirmari in extra. de usuris In ciuitate.
 Secundum alios usura est, uel, si non usura saltem alias mortale et
 turpe.

q.13 210 dapnificari P 214 modios P 218 deodem P 220 necesse] cum *add.* PLa,
 cui *add.* D 221 tibi] cui P

q.13 205-206 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.14 q.3 c.4 208 C.14 q.4 cc.5-6 212-213 C.14 q.4
 c.5 221 C.14 q.5 c.10

q.14 227-228 C.14 q.4 c.6 230-231 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.14 q.3 pr. 231 JL 13965;
 WH 1033 (d); *App.* 16.2; 1 *Comp.* 5.15.8 (X 5.19.6)

q.15 **Item queritur** de eo qui de usura acquisiuit predium, an
235 teneatur restituere omnes fructus et extantes et consumptos.

Et uidetur, nam male fidei possessor, ergo de consumptis etiam
tenetur.

Solutio: Dici potest de omnibus teneri deductis tamen expensis
necessariis et utilibus, ut in extra. de usuris Plures.

q.15 239 *usuris LaLZ, usura P, usurā. B*

q.15 239 *App. 16.9; Conc. Turon. (1163) c.2; 1 Comp. 5.15.1 (X 5.19.1)*

D.2 t.10 si de turpiter acquisitis possit fieri elemosina

pr. Premisimus de usuris, unde non preter rem prosequemur de hoc modo uel alio turpi adquisitis,

q.1 **querentes** an de talibus possit elemosina fieri, et primo de adquisitis per usuram.

- 5 **Et uidetur**, quia teste Augustino ‘non est quo iudice repetantur’ usure, ut xiiii. Q. iiii. Quid dicam. Si ergo non possunt repeti, manifestum est usurarium dominum effectum, ergo inde potest elemosina fieri. Item iste nactus est hanc rem uoluntate domini, ergo in eum eius rei translatum est dominium, quia nil tam naturale est ‘quam uoluntatem domini
10 uolentis rem suam in alium transferri ratam haberi’, ut Inst. de rerum diuisione § Per traditionem. Si dominus est effectus, ergo de hiis facere potest elemosinam. Item esto quod usurarius talem pecuniam sue proprie commisceat, ergo fit sua, nam commixtione fit suum, quod mancipii est alterius et uice uersa, ut in Inst. de rerum diuisione. Item illud
15 euangelii: ‘Facite uobis amicos de mammona iniquitatis’. Item: ‘Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum’, ut xiiii. Q. v. Qui habetis.

tit. 1 *lineae spatium praem.* P fol. 66^{va}; 2 *linearum spatium praem.* La fol. 174^{vb}; utrum de male adquisitis possit fieri elemosina *margin.* B fol. 31^{va}; Si de turpiter adquisitis(!) possit fieri elemosina *supra col.* D fol. 21^{vb}

q.1 3 primo] proprio P 6 Quid dicam P est LZ 10-11 Inst. - traditionem D, Inst. t. de diuisione rerum peredi B, § Per traditionem *om.* L, *om.* (lac.) PLa, *om.* Z 12 pecuniam] personam P 13 commixtione LaLD, admixtione Z, commixtionem P, commixtio B 13 fit LaLDB, sit PZ suum *coniecimus*, in eum ZB, *om.* PLaLD 13-14 mancipii] mañ PLaL, *lac. add.* PLa, *om.* ZBD

q.1 6 C.14 q.4 c.11 9-10 *quam - haberi* cf. Inst. 2.1.40 10-11 Inst. 2.1.40
14 Inst. 2.1.27 15 *Facite - iniquitatis* cf. Luc. 16.9 et C.14 q.5 p.c.14
15-16 *Qui - bonum* cf. C.14 q.5 c.14 16 C.14 q.5 c.14

- Econtra:** Vsure sunt restituende hiis a quibus sunt extorte, ut in extra. de usuris c. i., ii., iii. etcetera. Set si sunt restituende, ergo potius sunt aliene quam sue. At de alieno nemo potest ad suum profectum im-
- 20 molare, sic ergo nec de usuris. Item ‘non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum’, ut xiiii. Q. vi. Si res. Item usura est rapina, ut xiiii. Q. iiiii. Si usura, set in rapina non transfertur dominium in raptorem, sic ergo nec in usurarium usura. Si dominus non efficitur, nec ergo ex eo elemosinam facere poterit.
- 25 **Set econtra:** Si dicatur quod non transfertur dominium, sic usurarius non est dominus, set nec is qui dedit, qui animum possidendi et habendi habere desiit, sic ergo in nullius bonis est, ergo occupanti conceditur, ut in Inst. de rerum diuisione. At iste occupauit, ergo per occupationem saltem dominus effectus est.
- 30 **Solutio:** Dici potest de usuris elemosinam fieri non posse. Illud autem ‘Facite uobis amicos’ etcetera et illud ‘Qui habetis aliquid de malo’ etcetera expositum inuenies xiiii. Q. v. Hoc autem. Nec est concedendum in usurarium dominium posse transferri quacumque uoluntate transferentis, cum rapina iure diuino censeatur. Nec obstat quod dicitur
- 35 xiiii. Q. iiiii. Quid dicam, quod scilicet ‘non est quo iudice repetantur’; non enim dicitur quod repeti non possint, quia possunt, set non solent sub iudice seculari. Nec sequitur quod, si ille qui dat desierit esse dominus, quod occupanti concedatur, nam in bonis adhuc alicuius est, utpote ecclesie que comedit peccata hominum, ut supra titulo proximo.
- 40 Nec obest quod de commixtione dicitur. Deus enim non reputat transferri, qui non potest falli, licet secundum humanas leges propter confusionem reputetur transferri. Permittit ergo Dominus misericors hominem facere quod potest, ut, quia eandem pecuniam propter confusionem dinoscere non potest, aliam equipollentem restituat, quo casu

q.1 22 Si usura *mss.*, Si quis usuram *Friedb.* 23 ex eo *om.* PZ 31 uobis *om.* P
32 Hoc autem *mss.*, Sed hoc *Friedb.* 33 posse] *om.* P 40 commixione P

q.1 17-18 JL 13819; WH 834; *App.* 16.3; 1 *Comp.* 5.15.4 (X 5.19.2); JL 14093; WH 322; *App.* 16.5; 1 *Comp.* 5.15.5 (X 5.19.5); JL 13804; WH 79; *App.* 16.7; 1 *Comp.* 2.17.3 (X 2.24.7) 21 C.14 q.6 c.1 21-22 C.14 q.4 c.10 28 *Inst.* 2.1.47 31 Luc. 16.9 et C.14 q.5 p.c.14 31-32 C.14 q.5 c.14 32 C.14 q.5 p.c.14 35 C.14 q.4 c.11 39 cf. D.2 t.9 q.8

45 facta legitima compensatione incipit esse uere sua secundum Deum,
que ante per commixtionem uel confusionem sua fieri non potuit. Et
quod eo modo transferatur dominium, habes arg. xii. Q. ii. Si quis
qualibet. Placet tamen quibusdam usure dominium transferri, qui
dicunt speciale esse propter criminis enormitatem, quod inde non
50 possit fieri elemosina; primum uerius.

q.2 Item queritur de pecunia simoniace acquisita, an possit inde
fieri elemosina.

Et non uidetur, quia 'non est putanda elemosina, quod de illicitis'
etcetera, ut i. Q. i. Non est putanda. Item talis pecunia est restituenda,
55 ut i. Q. iii. Si quis dator, in extra. de simonia c. De hoc uero. Si debet
restitui, ergo sua non est, ergo exinde elemosiam facere non potest.

Econtra: Hic uersatur turpitudine ex utraque parte, ergo melior est
condicio possidentis, ergo ab eo repetere is qui dedit non potest, pari
ratione immo multo magis nec alius, ergo nemini tenetur restituere.
60 Vel dicatur cui restituere debeat ecclesie restitui non debet, posito quod
de rebus ecclesie non dederit, set de propriis, arg. xii. Q. ii. Fraternitas.
Item pauperibus distribuere non debet, quia non licet mittere in
corbanan. Item si 'totum tribuat quod acceperat, potius peccatum addit
quam minuat', ut Q. i. Non est putanda, xiiii. Q. v. Forte, Multi. Item
65 nec ei qui dedit restituere debet, nam ipse desiit esse dominus et uolens,
noluit enim hanc rem suarum rerum esse - item quia turpitudine ex
utraque parte uersabatur. Set econtra ei qui dedit uidetur eum resti-
tuere debere per hoc quod Petrus dixit Simoni mago: 'Pecunia tua te-
cum sit in perditionem'. Per hoc uidetur quod, si dedisset pecuniam
70 oblatam, quod eidem eam restituisset.

q.1 46 confusione P

q.2 51 pecunia] persona P 53 Et - elemosina *marg.* P 55 simonia] spiritu L
57 uersatur P 60 Vel - restituere *marg.* P 67 uersabatur] uerberatur Z
69 personam P

q.1 47 C.12 q.2 c.56

q.2 54 C.1 q.1 c.27 55 C.1 q.3 c.2 55 JL 14110; WH 193 (b); *App.* 2.13; 1 *Comp.*
5.2.10 (X 5.3.11) 61 C.12 q.2 c.11 63-64 *totum - minuat* cf. C.14 q.5 c.3
64 C.1 q.1 c.27; C.14 q.5 c.3; C.14 q.5 c.8 68-69 Act. 8.20

Solutio: Dicatur de tali pecunia elemosinam fieri non posse, et quod sit restituenda ecclesie de cuius bonis id fuit, ut xvi. Q. vi. Si episcopum, De lapsis. Si de propriis dantis, restitui debet ecclesie que ei empta fuit ob iniuriam sibi illatam, arg. xv. Q. viii. Cum multe. Si ordo fuit
75 emptus, illi ecclesie cuius minister fuit qui emit; si nullius minister fuit, ecclesie cuius prelatus erat uendens. Et hoc totum arguitur in extra. de simonia De hoc autem.

q.3 Item de hiis que acquirit meretrix uel histrio **solet queri**, an de hiis possit elemosina fieri.

80 **Et uidetur**, nam ex parte accipientium nulla uersatur turpitude, quia licet meretrix uel histrio turpiter faciat, quod sit talis uel talis, non tamen turpiter accipit, cum sit talis uel talis. Si ergo non turpiter accipit et dans dominium uult transferre, dominus efficitur. Sic ergo uidetur quod inde elemosinam potest facere, arg. xiiii. Q. v. § Hoc autem in
85 fine.

Econtra: Causa quare accipitur ab hiis turpis est, ergo ipsum accipere turpe, ergo turpitude ex parte accipientium uersatur, non ergo inde potest fieri elemosina. Item dicitur in ueteri testamento: 'Non offeras canem uel pretium prostibuli', hoc est pretium quod in prostibulo
90 acquiritur. Sic ergo uidetur de huiusmodi acquisitis non potest fieri elemosina. Item cum mortali peccato acquiritur et non est facile, 'ut bono peragantur exitu que male sunt inchoata principio', ut i. Q. i. Principatus.

q.2 74 Si] set P 75 fuit¹ LaZBD, fuerit P, erat L 75-76 qui - ecclesie marg. P
75 fuit² LaLD, fuerit P, erit B, om. Z 76 cuius om. P 77 autem LaLZB, aut P,
casu D

q.3 82 Si LaZBD, sic L, set P 83-84 uidetur om. P 84 Hoc autem PLaZB, Sed hoc *Friedb.*

q.2 72 C.16 q.6 c.2 73 C.16 q.6 c.4 74 C.15 q.8 c.3 76-77 JL 14110; WH 193
(b); *App.* 2.13; 1 *Comp.* 5.2.10 (X 5.3.11)

q.3 84-85 C.14 q.5 p.c.14 88-89 Deut. 23.18 92-93 C.1 q.1 c.25

Solutio: Dicitur potest de huiusmodi quesitis posse fieri elemosinam, cum
 95 cessauerint ipse persone ab opere peruerso, arg. xiiii. Q. v. Non sane,
 ibi 'Isti, si' etcetera usque 'Qui uero', unde ita expone: Non accipies
 pretium prostibuli, dum est in prostibulo.

q.4 Item de hoc quod dicitur xiiii. Q. v. Non sane, **queritur** an hoc
 stare possit quod testes iudices uendentes uera uel falsa iudicia siue
 100 testimonia officiales indebita extorquentes, si uitam mutauerint, possint
 de taliter acquisitis facere elemosinam.

Et uidetur, nam a iudice uel teste uendente iniustum iudicium uel
 testimonium accepta repeti non possunt, ita dicitur ibi. Item quia
 turpitudine uersatur ex utraque parte quo casu potior est causa
 105 possidentis, inde ergo possunt elemosinam facere. Idem est de iudice
 uel teste uendente iustum iudicium uel testimonium. Licet enim ab hiis
 accepta soleant repeti, ut ibi dicitur, de iure tamen repeti non possunt,
 nam etiam uerum est ex utraque parte uersari turpitudinem in hoc
 casu, licet quidam dicant in contrarium. Vnde et melior est causa
 110 possidentium, unde ex taliter acquisitis possunt fieri elemosine, cum
 non habeant necesse restituere. Idem de minoribus officialibus indebita
 extorquentibus. Nam reprehenduntur qui talia repetunt, unde non
 tenentur restituere, igitur inde elemosinam possunt facere.

Econtra: Non uidetur quod stare possit de iudice uel teste, nam et tales
 115 calumpniatores sunt; et qui de calumpniis aliqua lucrantur; potius sunt
 restituenda quam pauperibus donanda, ut in fine capituli. Similiter
 quod dicitur de officialibus stare non potest, nam si indebitum extor-
 serint, tenentur crimine concussionis, ut xxiii. Q. i. Militare, unde in
 quadruplum taliter accepta tenentur restituere, ut di. xviii. Quoniam in
 120 fine.

q.3 97 pretium Z, mercedem B, om. PLaLD

q.4 114 posset P 118 concussionis P 119 xviii.] xcviii. PLa

q.3 95 C.14 q.5 c.15 96 C.14 q.5 c.15 §3; C.14 q.5 c.15 §4

q.4 98 C.14 q.5 c.15 116 C.14 q.5 c.15 §4 118 C.23 q.1 c.5 119-120 D.18 c.7 §1

Solutio: Placet quibusdam ita esse, sicut ad litteram dictum est, quasi regulam constituentes, quia ubicumque non competit repetitio nec restitutio, excepto crimine simonie, ut supra. Ubicumque ergo uersatur turpitude ex utraque parte uel ex parte dantis tantum, non competit
 125 repetitio, unde nec restitutio. Et quolibet huiusmodi casu possidens potest facere elemosinam, nam et iudices ratione officii etiam in iniuriis quandoque excusantur; unde et in fine, ubi agitur de calumpniis, de talibus agitur calumpniantibus qui in nullo publico officio agunt. Similiter quod dicitur de crimine concussionis et de officialibus non
 130 obest, nam isti officiales tenentur crimine concussionis quibus certa prefixa sunt stipendia et adhuc indebita extorquent, de quibus non loquitur Augustinus in hoc capitulo. Vel dicatur iudicem uel testem de huiusmodi quesitis non posse facere elemosinam; nec ideo connumerantur inter alios, ut ostendatur eos de taliter quesitis posse elemosinam facere. Set quia sermo cepit haberi de aduocatis qui iustum patrocinium possunt uendere, et ne idem crederetur de iudicibus uel de testibus, ideo additum est de iudicibus uel testibus. Quid ergo de taliter quesitis facere debent, cum nec cogantur restituere nec tamen elemosinam possint facere?
 140 Resp.: Secundum canones eis a quibus sunt accepta sunt restituenda, quod non credo uerum, immo successoribus uel illi potius parti que per iniquam sententiam lesa fuit uel ecclesie. Item de officialibus aliter credimus quam dictum fuerit, nam, si illi indebita extorserint, tenentur restituere. Vnde loquitur Augustinus de officialibus maioribus, sub
 145 quibus erant minores qui ab eo qui remouebatur ab officio aliquid consueuerunt accipere et ab eo 'cui admouebatur officium', idest cui committebatur officium. Que quidem, licet dicantur ab eis extorta, erant tamen debita, nam et debita quandoque extorquentur, ut in principio eiusdem capituli. Vnde licet huiusmodi extorta soleant repeti per

q.4 125 unde] non P possidens] presidens P 129 concussionis] excommunicationis Z
 134 offendatur P eos *om.* P 137 ideo - testibus *marg.* P 138-139 debent -
 facere *marg.* P 145 quibus LZD, quo PLaB remouebatur ZBD, remouebantur
 PLaL 149 solebant P^cZ

q.4 132 C.14 q.5 c.15 144 C.14 q.5 c.15 146 *cui - officium* cf. C.14 q.5 c.15
 148-149 C.14 q.5 c.15

150 immoderatam improbitatem, numquam sunt tamen restituenda. Vnde
 et culpantur qui talia inusitate repetunt et inusitate satis dicitur fieri
 quod improbo usu fit. Et dicuntur magis reprehendendi qui repetunt
 quam qui extorquent, non quod illi qui extorquent sint reprehendendi,
 quia qui extorquent non peccant uel uenialiter tantum, set quia ita illi,
 155 quod non isti; et ponitur 'magis' electiue, non comparatiue.

q.5 Item queritur de clerico utrum de acquisitis per uenationem
 possit elemosinam facere.

Et uidetur, nam decime inde solui debent, ut xvi. Q. vii. Quicumque,
 unde et a simili inde elemosine possunt fieri. Item de iure naturali fera
 160 in nullius est bonis, ergo occupanti conceditur, ut Inst. de rerum
 diuisione, ergo iste de iure naturali est dominus effectus, set de iure
 naturali non fit peccatum, ergo sine peccato hanc rem adeptus est, ergo
 inde potest elemosinam facere.

Econtra: Interdictum est clericis uenari, ut di. xxxiiii. Quorundam, in
 165 extra. ex Romano concilio Cum Apostolus. At qui contra interdictum
 faciunt, mortaliter peccant, ergo cum mortali peccato fuit acquisitum,
 ergo de eo non potest elemosina fieri.

Solutio: Idem est hic et supra de meretrice iudicium, peracta penitentia
 potest inde elemosinam facere. Nec concedatur clericum occupantem de
 170 iure naturali fieri dominum, nam licet generaliter dicatur quod 'in
 nullius bonis est' etcetera, distinguendum est tamen circa occupantem
 sicut alias distinguitur circa rem occupatam. Et intelligendum est illud
 capitulum xvi. Q. vii. Quicumque de uenatione quam exercuit laicus
 extra tempora abstinentie et causa necessitatis.

175 **q.6 Item queritur** cum in uenatione transferantur rerum dominia,
 ut in Inst. de rerum diuisione, cur dicat canon inuenta esse restituenda,
 ut xiiii. Q. v. Si quid inuenisti, cum, si translatum esset dominium, non
 congeretur restituere et inde posset elemosinam facere.

q.4 153 sint] sin P

q.5 161 naturaliter P

q.6 177 quid] qui P

q.5 158 C.16 q.7 c.4 160-161 Inst. 2.1.12 164 D.34 c.1 165 3 Conc. Lat. c.4;
 1 Comp. 3.34.6 (X 3.39.6) 170-171 in - est cf. Hon. S. Quaest. D.2 t.9 q.8

173 C.16 q.7 c.4

q.6 176 Inst. 2.1.12 177 C.14 q.5 c.6

Solutio: Dicitur potest legem intelligendam esse de numquam habitis uel
 180 derelictis. Ceterum quoniam ambiguum est que numquam possessa uel
 derelicta fuerint, ideo ad saluandam intentionem de quolibet inuento
 dicitur canon quod sit restituendum ei cuius fuit, si sciri potest, alioquin
 apud sacram edem res est deponenda.

§ **In summa** generalis de huiusmodi potest notari doctrina quoniam
 185 eorum que aliquis adipiscitur quedam adipiscitur modo acceptionis,
 quedam modo acquisitionis. Ea dicuntur accipi quorum dominia in ipsa
 adeptione non transferuntur, ut ea que aliquis adipiscitur furtis ca-
 lumpniis, rapinis, usuris, nam usura est rapina, ut xiiii. Q. iiii. Si quis,
 item per simoniam. De huiusmodi adeptis non potest elemosina fieri.
 190 Secundum quosdam tamen in usura et in simonia dominium trans-
 fertur, secundum quos speciale est in hiis criminibus quod de taliter
 quesitis non possit fieri elemosina. Modo acquisitionis dicuntur acquiri
 quorum dominia in ipsa acquisitione transferuntur, ubi uerum est posse
 fieri elemosinam, peracta tamen penitentia, si in acquirendo peccauit
 195 acquirens ut histriones, meretrices, emptores, aduocati et huiusmodi.
 Similiter uenatores, de quibus tamen, ut dictum est supra, potest
 concedi quod dominium non transfertur, nisi cum inde peregerint
 congruam penitentiam. Et hoc uerius; quibusdam tamen placet et hic
 transferri dominium.

200 **q.7 Item queritur**, cum pecunia simoniace acquisita debeat restitui,
 cur similiter munus a lingua, idest bona fama, simoniace acquisita
 restitui non debeat. Dicitur potest hic impedimento esse et impossibi-
 litatem iuris et facti: Iuris, quia dicitur 'crudelis est qui famam suam
 negligit', ut xii. Q. i. Nolo. Facti: Qualiter enim posset ipse obstruere
 205 ora laudantium eum?

q.6 184 In] Inde P 185 quedam adipiscitur LaZD, que adipiscuntur P, quedam adi-
 piscimus(!) L, om. B 191 speciale] spirituale Z 192 posset P 194 tamen
illeg. P 196 uenatores] uenditores P 196 est om. P 197 peregerint LZD,
 peregit La, peregerit PB

q.7 203 Iuris om. PD

q.6 188 C.14 q.4 c.10

q.7 204 C.12 q.1 c.10

D.2 t.11 de seruis

pr. Duo sunt que potissime ordinandum impediunt: criminis qualitas et irregularitas, de quorum utroque quedam prelibauimus. Set quoniam inter ceteras irregularitates seruitus non minimum prestat ordinandis impedimentum, ideo de seruis aliqua dicamus, et quia quidam serui sunt Christianorum, quidam Iudeorum, quidam gentilium, de seruis Christianorum primo uideamus.

q.1 Queritur ergo, si seruus priuati domino ignorante fuerit ordinatus in sacerdotem, an debeat deponi et detrudi in seruitutem.

Et non uidetur, quia in hoc casu 'propter sacerdotium retolli non potest', ut di. liiii. Frequens.

Econtra: Furtum sui fecit, set fur iubetur deponi, ut di. l. De hiis uero, ergo iste debet deponi. Item qui minus idoneus est et non prodit in ordinatione se esse talem debet deponi, ut di. l. Ex penitentibus; et iste talis fuit qui de iure non debuit ordinari et 'non prodidit se fuisse' talem, ergo debet deponi.

Solutio: Dici potest eum deponi non debere. Nec ualet quod dictum est de fure, nam is proprie dicitur fur qui rem et rei usum penitus alienat. Hic autem, licet rem alienauerit, nam in eius dominio de cetero talis res esse non poterit, sui tamen usum non subripuit penitus, nam uel habebit peculium, si habet, uel, si non habet, ipse reddetur, ut in ecclesia et mensa spiritualia ministret. Quid ergo, si ecclesiam non habuit? Resp.: Ad aliud eum artare non poterit. Nec habet locum quod obicitur di. l. Ex penitentibus, nam illud uerum est de hiis quorum est perpetua prohibitio; ceterum prohibitio seruorum est temporalis.

tit. 2 *linearum spatium praem.* P, De seruis *margin.* P fol. 67^{ra}; 2 *linearum spatium praem.* La, de seruis *margin.* La fol. 175^{rb}; de imped' ord'. (D¹) et de seruis (*add.* D²) *supra col.* D fol. 22^{vb}, De impedimentis ordin'. *supra in lin. (rubr.)* D fol. 22^{vb}

q.1 24 ceterum prohibitio *margin.* P

t.11 Cf. Hon. S. *Decr.* ad D.54, praecipue in pr.

q.1 10 D.54 c.10 11 D.50 c.34 13 D.50 c.55 22-23 D.50 c.55

- 25 **q.2** **Item queritur**, si peculium dare debeat, quid peculii nomine de-
beat censi, nam, si id solum quod ante habebat, sic non punietur, nam
hoc erat domini et quod suum fuit amplius suum fieri non potest.
Sic ergo uidetur quod nulla sit pena, set non intendit canon quod de-
bitum debeat transire impunitum, sic ergo de alio intelligit quam de eo
30 quod ante habuit.
Econtra: Non uidetur, quia id quod postea adquisiuit peculio non
potest annumerari, utpote quod liber et sui iuris adquisiuit.
Solutio: Dici potest id solum prestari quod ante habuit et sufficit hec
pena, quia licet peculium fuerit domini quoad proprietatem, serui tamen
35 fuit quoad usum, sic ergo usum recipit quem ante non habuit.
q.3 **Item** de diacono **queritur** qui, cum non habeat uicarium, resti-
tuitur et de subdiacono et infra qui precise restituitur, quare conse-
cratio non possit impedire restitutionem, cum hec sola sit causa quare
uas priuati consecratum non restituatur, ut xiiii. Q. vi. Comperimus.
40 **Videtur** enim quod cum eadem causa utrobique subsit, quod idem ius
subesse debeat, arg. di. i. Consuetudo, di. xxxi. Si laicus.
Solutio: Secundum quosdam secus est in seruo quam in uase. Vas enim
non deliquit, unde nec restituitur, seruus autem deliquit, recte ergo
occurritur seruorum malitie dum restituuntur. Vel dici potest, et hoc
45 uerius, quia sicut seruus restituitur, dum nolit in subdiacono et infra
compensationem recipere dominus, uel, si fuerit diaconus et non
potuerit uicarium prestare, precise deponitur et restituitur, sic et uas,
cum non potest ecclesia habere pretium, conflare et domino restituere
tenetur. Quod enim est clerico deponi, hoc est uasi conflari, nam hinc
50 inde fit quodammodo execratio.

q.2 26 punietur ZBD, punientur PLa, peculium puniretur L 32 quod liber et LaBD,
quodlibet Z, quilibet et P, quilibet L 39 priuari P

q.3 40 enim] Resp. *supra lin.* P 45 infra] ita PZB 47 p̄ara're P 50 sit P

q.2 25-35, 28 *canon* cum *peculii* mentionem faciat, uidetur esse D.54 c.9 confusus cum D.54
c.10

q.3 39 C.14 q.6 c.2 41 D.1 c.5; D.31 c.7

q.4 **Item** de seruo qui deponitur **queritur** an ordinem amittat.

Et uidetur, nam depositus ‘non potest esse quod fuerat nisi gradus amissos recipiat’, ut xi. *Q.* iii. Episcopus - uel, ergo gradus amisit. Item talis dicitur ‘expresbiter’, ut di. l. Accedens, set ‘ex’ est ibi priuatium presbiterii, ergo qui fuit presbiter fit in depositione non presbiter, sic ergo patet eum ordinem amisisse.

Econtra: Talis si restituitur, non ordinatur, ut i. *Q.* i. Quod quidam, ergo ordinem non amisit, ut de con. di. iiii. Ostenditur.

Solutio: Ordinem non amisit, ut supra solutum latius inuenies t. de hereticis.

q.5 **Item queritur** an talis possit contrahere.

Et uidetur, nam ‘eius est condicionis cuius fuit ante gradum’, ut di. liiii. Nulli, set tunc poterat contrahere, ergo nunc. Item ordo et continentia sunt connexa, ut di. lxxxiiii. Cum in preterito, ergo habito uno habetur reliquum, ut i. *Q.* iii. Si quis obiecerit, set ex ordine non alligatur, nec ergo ex continentia.

Econtra: Ordo et continentia sunt connexa, set ordo non amittitur, non ergo continentia. Item expressum ut di. lxxxi. Dictum est, ubi dicitur quod tales seculariter uiuere non debent.

Solutio: Precise dicatur non posse eum contrahere. Ea enim que sunt honoris merito is qui deliquit amittit, non autem ea que sunt honeris. Honor est executio que amittitur, honus continentia, que ratione delicti non amittitur, cum ita melioris efficeretur condicionis qui deliquit, quod ineptum esset.

q.6 **Item queritur** an sit sacrilegus qui talem uerberat.

Et non uidetur. Hoc enim priuilegium habet ratione executionis, arg. xvii. *Q.* iiii. Quisquis, xxi. *Q.* iiii. Sine ornatu, set executionem amittit,

q.4 53 uel PLaZ cum Hon. S. Decr., aut Friedb. 65 56 ordiem P amississe P
57 Quod] Quid PLa

q.5 62 di. om. PLaD 67 admittitur PZB 72 admittitur P

q.4 53 C.11 q.3 c.65 54 D.50 c.10 57 C.1 q.1 c.97 58 De cons. D.4 c.32
59-60 Cf. Hon. S. Quaest. D.2 t.2

q.5 62-63 D.54 c.2 64 D.84 c.3 65 C.1 q.3 c.7 68 D.81 c.8

q.6 77 C.17 q.4 c.21; C.21 q.4 c.4

ergo hoc priuilegium. Item hoc est religiosum priuilegium quo non est gloriosius, set hoc amittit, ut di. liiii. Ex antiquis. Item talis ‘traditur curie’, ut xi. Q. i. Statuimus, Si quis cum clerico.

Econtra: Si quis apostatam uerberat, sacrilegus est, ut in extra. De hiis, qui incidunt in canonem c. i. Item non ratione executionis, set ordinis competit priuilegium hoc, quia, si ratione executionis, quilibet suspensus impune posset iniurias perpeti, ergo quamdiu ordo retinetur hoc priuilegium habetur. Item odio sacrilegorum non fauore clericorum est hoc introductum; set ratione depositionis clerici, licet minoretur ipsius fauor, non tamen minoratur odium sacrilegi, ergo eque cadit in edictum qui in hunc et illum inicit manum.

Solutio: Dicatur eum sacrilegum esse, nam hoc priuilegium coheret ordini, non executioni. Et tradi curie nichil aliud est nisi detrudi in monasterium; quod quidem curia, si non carcer est ecclesiasticus? Numquid ergo non poterit eum dominus fustigare delinquentem? Numquid incarcerare fugientem?

Resp.: Potest, dum tamen non secantibus unguibus uel uerberibus atrocioribus, set leui uirgarum castigatione, ‘qui modus cohercitionis magistris artium liberalium’ est permissus, ut xxiii. Q. v. c. i. Numquid ergo uendi non possunt? Resp.: Non. Numquid poterit dominus pro ipso coram seculari iudice conueniri? Resp.: Si ciuilitate conueniretur, coram ciuili iudice, si criminaliter, coram ecclesiastico, arg. xi. Q. i. Aliud. Set numquid, si accusatur coram episcopo, admittetur contra eum bigamus?

Resp.: Quibusdam placet quod sic, alii negant, et hoc uerius.

q.6 78 quo *om.* P 87 cadet P 89 hic P 95 cohercitionis P (cf. *Ed. Rom.*), cohercionis LaLZB et *Friedb.*, castigationis D 96 xxiii.] xxxiii. P 97-98 Numquid - conueniri *margin.* P 98 Resp. *om.* P 99 coram^{1,2}] caram P 100 admittetur LaLZD, admittitur P, admittere B

q.6 79 D.54 c.9 80 C.11 q.1 c.31; C.11 q.1 c.45 81-82 JL 13771; WH 4 (c var.); *App.* 14.1; 1 *Comp.* 5.34.5 (X 5.39.4), non est pars JL 12180; WH 929 96 C.23 q.5 c.1 99-100 C.11 q.1 c.34

q.7 Item queritur, si dominus talem uendat, cum tamen non debeat, utrum simonia committatur.

105 **Et uidetur**, quia hominem habentem ordinem uendit, sic ergo hominem consecratum, cum ordinem non amiserit. Item Iudas simoniacus fuit, quia Christum uendit, ut i. Q. i. Qui studet, qui tamen eo tempore mortalis fuit et passibilis.

Econtra: Vendere uas sacratum conflatum non est simonia, ut xii. Q. ii. Aurum. At in depositione seruus quasi conflatur, quia ad primam condicionem et statum reducitur ad instar uasis, ut di. liiii. Nulli, sic ergo uendere depositum non est simonia.

Solutio: Secundum quosdam simonia est, secundum alios distinguitur. Nam, si ad usum clericatus uendatur, simonia contrahitur, si ad seruitium, nequaquam.

115 **q.8 Item queritur** utrum, si seruus aliquid det domino ut patiat se promoueri, an contrahatur simonia.

Et uidetur, arg. i. Q. ii. Quam pio.

120 **Econtra:** Pro personis ordinatis restituendis aliquid datur, ne restituantur, et licite hoc, ut di. liiii. Generalis; longe minus uel eque est de promouendis. Item intentio magis dampnatur in simoniacis quam opus, ut i. Q. i. Quicumque; at hic ordinem non intendit emere, set libertatem, unde simonia non contrahitur.

125 **Solutio:** Non contrahitur simonia, nam et alias licitum est emere seruum ea lege ut promoueatur, ut B. l. ii. Nullus clericus, sicut licitum est emere aream, ut ibi edificetur ecclesia, uel ut locus sepulture augeatur; arg. xii. Q. ii. Aurum.

q.7 103 *tractat quasi initium tituli* D 107 Christum] Dominum D
q.8 121 *dāpōatur* P 122 *ordiem* P 123 *contraitur* P 125 B. l. ii.] di. l. ii. LZB,
 Resp. *praem.* D 126 *ibi LaZB, ubi D, om. PL* uel ut *coniecimus*, ut *et lac.* PLa, ut
 LD, uel B 127 *Autem* P

q.7 107 C.1 q.1 c.11 109-110 C.12 q.2 c.70 111 D.54 c.2
q.8 118 C.1 q.2 c.2 120 D.54 c.12 122 C.1 q.1 c.2 124-127 Cf. Hon. S. *Decr.*
 ad D.54 c.7 125 Burch. *Decr.* 2.234 127 C.12 q.2 c.70

- q.9** Item circa illud capitulum solet opponi di. liiii. Si seruus absente, quare in ordinibus maneat seruus qui ignorante episcopo est ordinatus, ut in fine capituli, sicut ille qui sciente episcopo, ut in principio capituli, cum in primo casu non excuset auctoritas superioris ut in secundo. 130
 Resp.: In principio capituli toleratur propter auctoritatem superioris, in fine toleratur in preiudicium testificantium et pro ipso supplicantium; in neutro uero casu propter sui fauorem. Item obicitur: seruus ordinatus pro se restituit unum seruum, ut di. e. Ex antiquis, quare ergo non sufficit quod episcopus unum dare possit, ut in hoc capitulo? Resp.: Grauat pena ex persone qualitate, arg. di. xl. Homo, xxv. Q. i. Nulli. Set quare tanta debetur pena testificantibus, cum ibi dignitas persone non possit notari? Resp.: Odio assertorum qui magis deliquerunt quam 140 ipse seruus, cum quodammodo naturale sit uelle euadere iugum seruitutis, unde aliquem colorem habet excusationis, illi autem nullum, cum nullo modo pro ipso mentiri deberent, ut xxii. Q. ii. Ne quis.
- q.10** Item notandum quod plura occurrunt contraria eidem capitulo, ut illud capitulum quod est in e. di. Quis aut, Ex antiquis. Vnde distingue: Vel domino sciente uel ignorante fuit ordinatus. Si sciente, uel 145 contradicente uel non. Si non, optinet quod dicitur in e. di. Si seruus sciente. Si contradicente, uel episcopus scit uel ignorat. Si scit, optinet quod dicitur in principio capituli, licet quidam dicant in electione domini esse hanc penam ab episcopo exigere, ut hic, uel ordinatum in 150 seruitutem retrahere, ut supra e. di. Quis aut. Si ignorat, tunc aliqui

q.9 130 capituli² om. PD 131 in secundo LaZB, S. P, J. et lac. L, in secundam D 137 xxv. *emend.*, xxx. *mss.* 141 alequem(!) P

q.10 143 notandum] notū P, not̄ La, nota LZD, no. B 144 aut D et *Friedb.*, aū. LaL, autem PZB 146-147 uel non - contradicente *arg.* P 150 aut ZD et *Friedb.*, aū. La, autem PLB

q.9 128 D.54 c.19 135 D.54 c.9 137 D.40 c.5; C.25 q.1 c.4 142 C.22 q.2 c.14
q.10 143-165 Cf. Hon. S. *Decr.* ad D.54 pr. 143 D.54 c.19 144 D.54 c.11; D.54 c.9
 146-147 D.54 c.20 148 D.54 c.19 150 D.54 c.11

assunt qui testificantur pro libertate uel non; in primo casu optinet quod dicitur in fine huius capituli, in secundo casu optinet quod dicitur e. di. Quis aut. Si domino ignorante, episcopus scit uel ignorat. Si scit, idem iuris est quod dicitur in prima parte huius capituli. Si ignorat, uel
 155 precedente contradictione serui libertas denotata est in dubium uel non. Si non, optinet quod dicitur e. di. Ex antiquis, Frequens, eo saluo quod presbiter etiam ordinatus reuocatur in seruitutem in quattuor casibus: Si seruus fugitiuus falsis litteris se liberum probauerit et sic promotus sit. Item si de fugitiuo natus, etiam suam condicionem
 160 ignorans, promotus fuerit in sacerdotem, ut B. l. ii. De seruorum. Item si ad hoc promotus et manumissus fuit ut diuina celebraret, ut B. l. ii. Nullus clericus. Item si contradictione preeunte promotus fuerit, ut supra. Si autem deuocata fuerit in dubium, uel aliqui assunt qui pro libertate testificantur uel non; in primo casu optinet quod dicitur in fine
 165 huius capituli, in secundo optinet quod dicitur e. di. Quis aut.
q.11 Item obicitur contra hoc quod dicitur e. di. Quis aut leges, quare non punitur episcopus qui ordinauit eum de cuius libertate dubitauit. Resp.: Episcopus dubitans de statu non deberet ordinare. Si tamen ordinauerit, optinet quod ibi dicitur odio ipsius et ordinati. Et
 170 licet non reperiatur ipsius pena, ipse tamen forte sine pena non est relinquendus. Simile di. lxxxvi. Tanta. Set quare non legitur ibi pena testificantium, cum sine testimonio non debeat aliquem ordinare, ut di. xxiiii. Quando episcopus, di. lxxvii. Reliqui? Resp.: Loquitur forte eo casu quando sine testimonio ordinauit et male.

q.10 153 aut ZD *et Friedb.*, aū. La, autem PB scit] sit P 160 B. l. ii. LaL, b. l. iii. P, b. li. iii. D, di. lii. ZB 161 B. l. ii. *emend.*, B. l. iii. La, b. l. iii. PD, di. l. iii. LZB 163-164 pro libertate] probitate P 165 aut ZD *et Friedb.*, aū. La, autem PLB
q.11 167 quare] queritur P 170 repperiatur P 171 quare non LaZBD, q^a njñ P, Resp. non L 172 ordinare *om.* P 173 lxxvii. *emend.*, lxxvi. PLaLZD, lix. i. lvi. B

q.10 153 D.54 c.11 156 D.54 c.9; D.54 c.10 160 Burch. *Decr.* 2.31; cf. D.54 c.6 (palea) 160-161 Cf. Hon. S. *Decr.* ad D.54 c.1 161-162 Burch. *Decr.* 2.234 162-163 Burch. *Decr.* 2.31; cf. D.54 c.6 (palea) 165 D.54 c.11
q.11 166 D.54 c.11 171 D.86 c.24 173 D.24 c.5; D.67 c.1

175 **q.12** **Item queritur** quare episcopus duorum seruorum prestatione honeretur quando seruorum priuati alienat ordinando, ut di. liiii. Si seruus, cum, si alienat rem ecclesiasticam, tanti restitutione uel compensatione liberetur, ut xii. Q. ii. Si quis qualibet.

Et uidetur iniquum quod tantum punitur, cum res ecclesiastica maiori
180 gaudeat priuilegio quam res priuati.

Solutio: Magis deliquit episcopus rem priuati alienando, in qua nichil iuris habuit, quam rem ecclesiasticam distrahendo, in qua aliquid iuris habet quantum ad dispensationem. Set hoc non uidetur esse uerum, quia pro ordinatione serui non deponitur, set sufficit prestare duos.

185 Ceterum, si recompenset ecclesie rem quam distraxit, depositionis tamen non euitat penam, ut xii. Q. ii. Quisquis, xvii. Q. iii. c. i., xii. Q. ii. Diaconi; ergo magis punitur in alienatione rei ecclesiastice quam priuati. Quid ergo? Resp.: Secundum eos qui dicunt eum qui alienat rem ecclesiasticam tante rei restitutione releuari facilis est responsio.

190 Dicatur ergo minorem esse penam in re inanimata quam in seruo, siue priuati siue ecclesie, nam idem iuris de utroque et priuati et ecclesie seruo, ut xii. Q. ii. Episcopus qui, ratione minoris dignitatis et commoditatis. Secundum eos uero qui dicunt nulla obstante recompensatione deponendum, nulla est prima obiectio, cum maior sit pena in rei
195 ecclesiastice alienatione quam serui priuati cuiusque ordinatione. Et hec de seruis priuatorum sufficiant.

q.13 De seruis uero ecclesiarum hoc notandum est, quoniam in octo casibus manumissi et forsitan ordinati in seruitutem reducuntur, quattuor sunt supra prenotati, sunt et preterea quattuor: Si a patrocinio
200 ipsius ecclesie pertinaciter discesserint, ut xii. Q. ii. Liberti, Octaua.

q.12 182 habuit - iuris *marg. P* 184 non] si *P^{pc}* 190 inanimata LB, animata PLaZ, d'iata D 195 cuiusque LaLZ, cumque P, cuiuscumque BD

q.13 197 *tractant quasi initium tituli LD, § et parvam lac. praem. LaB* seruis P
200 discesserint P

q.12 176-177 D.54 c.19 178 C.12 q.2 c.56 186 C.12 q.2 c.19; C.17 q.4 c.1
186-187 C.12 q.2 c.35 192 C.12 q.2 c.58

q.13 200 C.12 q.2 c.61; C.12 q.2 c.62

Item si nouo pontifici suam condicionem non indicauerint, ut xii. Q. ii. Longinquitate. Item si ad secularem uitam redierint, ut C. De episcopis et clericis, in illo autem Si seruis. Item si manumissos ab ecclesia 'in-corrigitibilis sordidauerit noxa', ut di. liiii. Qui ex famulis.

205 **q.14** **Item** de seruo ecclesie deposito **solet queri** an ecclesia plus iuris habeat in eo quam in ceteris seruis.

Et uidetur, quod eius peculium bonis ecclesie connumeratur, ut xvi. Q. vi. De lapsis, item quia deterioris debent esse condicionis delinquentes quam non delinquentes.

210 **Responsio**: Plus iuris in eo habet quam in ceteris.

q.15 **Set queritur** an plus iuris habeat priuatus in seruo quam ecclesia in suo.

Et uidetur, quia contradicente priuato seruus ipsius monachus esse non potest, ut di. liiii. Legem.

q.13 201 indicauerint La, iudicauerint D, indicauerit PZ, indicauerunt B 202 redierint LaZD, redierit P, reddierit B 203 Si seruis *emend. cum Cod. 1.3.37*, Si seruus *ms. (Cod. 1.12.4) non congruit* 203 manumissos] manumiss' La, manuſs P, manumissum D, manumissus ZB

q.14 206 eo LaZB, ea P, illo D 209 quam non delinquentes *margin*: P 210 habet LZD, habetur LaB, haberi P^{pc}

q.15 211-212 in ecclesia *tr.* P 212 suo LZBD, sua PLa

q.13 201-202 C.12 q.2 c.64 202-203 *Cod. 1.3.37 (Si seruis)*, *Cod. 1.12.4 (Si seruus)* non congruit 204 D.54 c.4

q.14 207-208 C.16 q.6 c.4

q.15 214 D.53 c.1

D.2 t.12 de electione

- pr.** In adipiscendis officiis ecclesiasticis tria considerantur: persone dignitas, electio et consecratio. De personarum dignitate supra sufficienter est disputatum, ubi criminosos, infames, irregulares non posse promoueri est traditum. Sequitur ergo, ut de electione aliqua dicamus;
- 5 licet enim consecratio sit excellentior dignitate, electio tamen est prior tempore.
- q.1** Set quoniam electionem solet precedere postulatio, alienus enim clericus solet a suo episcopo postulari, ut di. lxxxv. Florentinum, item curialis a principe, ut di. lxi. Osius.
- 10 **Videamus** an postulato aliquid iuris adquiratur.
- Et non uidetur**, quoniam in electione possunt clerici impune resilire, ut di. xxviii. De Siracusane, di. lxi. Studii, quanto magis a postulatione. Et si hoc, patet ex postulatione nichil iuris adquiri.
- Econtra uidetur**, nam cum monachus postulatur ad eligendum a
- 15 potestate abbatis et monasterii absoluitur, nam sub potestate manens non eligeretur, arg. di. liii. Legem, di. lxi. Osius, xviii. Q. i. c. i. Set si absoluitur a iure monasterii, ad idem monasterium redire non poterit, arg. di. lxxii. Placuit. Ergo cum iacturam sentire non debeat nec aliud monasterium cum effectu petere possit, uidetur quod ex postulatione
- 20 agere possit.

tit. 3 *linearum spatium praem.* P, De electione *margin.* P fol. 67^{vb}; 4 *linearum spatium praem.* La; de electione *supra col. et* De personis ecclesiasticis *supra in lin. (rubr.)* D fol. 23^{vb}; *incipit media in lin. sine signo tituli* B fol. 32^{rb}, *initialis 'J' ab altera manu atramento et a verbo* In *separata ante lin. 1 scripta est* B fol. 32^{rb}

pr. 5 ut *om.* P

q.1 9 Florentinum LZ *et Friedb.*, Florentinus PLaB, Florentius D 17 non ZB, ibi PD, ubi La, uir L 18 reddere P 20 possit] non *praem.* PLaBD

q.1 9 D.85 c.1 10 D.61 c.10 13 D.28 c.13; D.61 c.15 17 D.53 c.1; D.61 c.10; C.18 q.1 c.1 19 D.72 c.3

Solutio: Dici potest nichil iuris ex postulatione adquiri. Quod obicitur de monacho, solvatur eum in postulatione absolui non absolute, set sub condicione, puta si precedat electio.

q.2 Item queritur utrum si aliquis eligatur antequam postuletur, 25 utrum rata debeat esse electio.

Et uidetur, arg. di. lxxxv. Florentinum, ubi precipitur quod Florentinus, qui iam electus fuerit, deberet a suo episcopo postulari, arg. ad hoc di. lii. Sollicitudo.

Econtra: Casum appetit qui ordine prepostero per abrupta querit 30 ascendere, ut di. xlvi. c. ult.

Solutio: Dicatur electionem talem non ualere. Si tamen in ipsa postulatione concederetur, confirmaretur primo facta electio, nam ratihabitio mandato comparatur, ut di. lii. Sollicitudo.

q.3 De electione **queritur** an decretum sit de substantia electionis.

Et uidetur, nam sine decreto non approbatur electio, ut di. lxiii. 35 Quanto.

Econtra uidetur, nam si esset de substantia, post interpositum decretum non irritaretur electio, at irritatur, ut di. xxiii. Illud.

Solutio: Dicatur non esse de substantia. Et tantum fit, ut obliget electores, ne possint infitari consensum adhibuisse, nam in decreto quilibet 40 subscribere debent; item et alia ratione fit, ne eligentes passim possint conuenire.

q.4 Item queritur an eligentes possint impune ab electione resilire.

Et uidetur, arg. di. xxviii. De Siracusane, di. lxi. Studii, di. xlvii. De 45 Petro.

q.2 25 postuletur P 27 percipitur P 30 prepostero P 34 di. om. P
34 lii. *emend. cum Friedb.*, lxiii. PLazBD, lxiii. L

q.3 39 at om. P 40 Et] cum *add.* PLal fit LaZD, sit PLB

q.4 44 *tractat quasi initium tituli* D 45 De¹ om. P 45 lxi. LZ *et Friedb.*, xli. PLaBD

q.2 27 D.85 c.1 29 D.52 c.1 31 D.48 c.2 34 D.52 c.1

q.3 36-37 D.63 c.10 39 D.23 c.5

q.4 45 D.28 c.13; D.61 c.15 45-46 D.47 c.4

Econtra: Quod non, quia postquam electus est ad unam ecclesiam, ab alia ecclesia teneri non debet, ut di. lxxii. Placuit. Vnde episcopus statim eius redditus potest assignare, nam libere poterit de rebus ecclesie ad quam eligitur disponere, ut di. xxiii. In nomine, ex quo
50 sequitur eum non posse redditus in alia ecclesia habere, ut xxi. Q. ii. Si quis iam translatus. Si ergo tunc cassaretur eius electio omni ex parte frustraretur, quod fieri non debet; igitur patet non posse eos ab electione resilire. Item semel placuit, ergo alius eligi non poterit, ut viii. Q. ii. Dilectissimi, xxxii. Q. v. Horrendus.

55 **Solutio:** Dici potest electionem minus canonicam posse retractari, item canonicam nondum roboratam decreto; secus de roborata, preterquam, si tempore electionis et confirmationis aliquid latuerit eligentes quod tempore consecrationis in eorum deueniret notitiam, ut di. xxiii. Illud. Tunc autem demum possunt redditus electi assignari, cum subscripta
60 fuerit electio et translatus fuerit, ut xxi. Q. ii. Si quis iam, et elapsi fuerint tres menses post electionem, ut in extra. ex Romano concilio Cum in cunctis.

q.5 Item papa electo **queritur**, an ex ipsa electione statim omnia possit que uerus papa potest.

65 **Et uidetur**, ut di. xxiii. In nomine.

Econtra: Quia si presbiter eligeretur, non posset degradare, quia non consecrare.

Solutio: Dicatur si episcopus eligitur, omnia potest statim, quia nichil unctionis uel ordinis ei postea confertur. Set numquid ante acceptum
70 pallium potest concilia conuocare uel episcopum consecrare, cum ibi necessarium sit pallium, ut di. c. Quoniam?

q.4 47 Quod] Quo P est om. P 51 in] etiam P 52 translatus Z, trans. LaD, t'ras P, a trans L, transit B 54 elegi P 55 Horendus P 60 autem] aut PD, a La

q.5 67 Quia¹ om. P 71 cum] c¹ P

q.4 48 D.72 c.3 50 D.23 c.1 51-52 C.21 q.2 c.3 54-55 C.8 q.2 c.2
55 C.32 q.5 c.17 59 D.23 c.5 61 C.21 q.2 c.3 62-63 3 Conc. Lat. c.16;
1 Comp. 3.10.1 (X 3.11.1)

q.5 66 D.23 c.1 72 D.100 c.1

Resp.: Immo statim in ipsa electione conferri debet pallium. Si uero presbiter simplex eligatur, potest statim beneficia conferre, adimere, suspendere, non autem degradare, secundum quosdam nec etiam
75 suspendere.

q.6 Item queritur utrum papa electus possit ob simoniam accusari, cum debet consecrari. Hoc expeditum inuenies supra t. De accusationibus.

q.7 Item queritur qualiter sit intelligendum quod dicitur di. lxxxix. Si duo, quod scilicet ubi duo electi sunt 'temeritate concertantium', tertius eligi debeat. Queritur a quibus eligi debet, cum omnes consenserint in hunc uel illum et uterque malo zelo electus erat. Sic ergo omnes scismatici erant. Sic ergo non possent eligere utpote excommunicati. Item si omnes consenserunt in hunc uel in illum non uidetur
80 quod alium eligere possint, ut viii. Q. ii. Dilectissimi, quia 'priuilegium meretur amittere' etcetera, ut xi. Q. iii. Priuilegium. Item cuius iudicio reprobatur ille uel ille?

Solutio: A uicinis episcopis eligeretur. Et hic esset casus ubi ultra triduum carere posset sponsa presentia sponsi. Vel nulla est questio,
90 nam hodie nonnisi a duabus partibus potest eligi, ut in extra. ex Romano concilio Licet.

q.8 Item queritur de priuilegio imperatoribus indulto, ut scilicet interessent electioni summi pontificis, utrum fuerit causale uel personale. Si causale fuit, ergo cum persona extingui non poterat, ut ff. de
95 regulis iuris Priuilegium. Sic ergo imperator huic priuilegio renuntiare

q.5 73 Immo P

q.6 78-79 accusationibus] ex *praem.* P

q.7 80 lxxxix. P 84 possent LaL, posset P, possunt ZBD 86 ut *dupl.* P
90 presentia *om.* P 91 ex *om.* P

q.8 95 non] unde P 96 Priuilegium *mss.*, Priuilegia *ed. Krüger*

q.6 78-79 Cf. Hon. S. *Quaest.* D.1 t.11

q.7 80-81 D.79 c.8 86 C.8 q.2 c.2 87 C.11 q.3 c.63 91-92 3 *Conc. Lat.* c.1;
1 *Comp.* 1.4.15 (X 1.6.6)

q.8 95-96 *Dig.* 50.17.196

non poterat. Vel si poterat, successori hoc obesse non debuit. Vel si successori obesse potuit, ergo pari ratione papa priuilegio suo renuntiando successoribus obesse posset. Vel si non, que est ratio diuersitatis? Si personale fuit, quid est quod dicitur successoribus fuisse
 100 concessum, ut di. xxiii. In nomine?

Solutio: Dicitur potest personale fuisse nec ad successores potuisse transferri, nisi speciali concessione succedentium apostolicorum. Vnde renuntiatio priuilegiorum renuntiantibus obfuit, successoribus quidem non obfuit, quia nec eorundem detentio successoribus prodesse potuit,
 105 quia personalia erant. Quid est ergo quod dicitur successoribus concessisse? Et quid iuris per hoc successoribus fuit acquisitum? Si nichil, ergo superflua erat illa concessio?

Resp.: Dicitur potest quod concessit Nicholaus successoribus Henrici, ut priuilegii sibi concessi confirmationem peterent, nam tunc dicuntur
 110 priuilegia indulgeri, quando ante indulta confirmantur, ut di. c. Rationis. Indulsit ergo ut peterent, set non ut impetrarent; et hoc multum fuit indulgere, ut possent petere. Vel dicatur fuisse causale quod optinetur ex eo quod dicitur di. lxiii. In sinodo. Dicatur quod renuntiatio predecessoris obesse potuit successoribus non momento
 115 renuntiationis, set auctoritate ecclesie Romane priuilegium omnibus auferentis, quod bene licuit, nam ipsa que dedit cum cause cognitione auferre potuit, arg. ff. de regulis iuris Nichil, xxvii. Q. ii. c. i.

q.9 Sequitur ut de electione inferiorum uideamus et primo de episcoporum. Sciendum est igitur quoniam, cum in ecclesia episcopali
 120 ius patronatus ab aliquo non habeatur, namque mater est omnium, nulla debet obnoxietatis condicione teneri. Laici in electione episcoporum interesse non debent, nisi deferatur principi, ut in quibusdam moris est, ut di. lxiii. Reatina.

q.8 103 referri P 104 quidem LaBD, quid P, om. Z 105-106 prodesse - successoribus om. P 108 superflua P 112 peterent LaD, peteret PLZB ut om. P
 116 set om. PLaL 118 auferre ZBD, auferri PLaL Q. i. P

q.9 121 est om. P 122 Laici marg. P

q.8 101 D.23 c.1 111-112 D.100 c.9 114 D.63 c.23 118 Dig. 50.17.35; C.27 q.2 c.4

q.9 124 D.63 c.16

- q.10 Queritur ergo** an electio clericorum sufficiat sine conuentione religiosorum in ciuitate commorantium.
 125 **Et non uidetur**, immo 'irrita erit electio, si sine religiosis facta fuerit', ut di. lxiii. Obeuntibus.
Econtra: Sufficit 'electio clericorum matricis ecclesie', ut in Niceno concilio, di. lxiii. Ex hiis constitutionibus in fine.
 130 **Solutio:** Dicunt quidam derogari Niceno concilio per capitulum Innocentii. Aliis uidetur, et hoc uerius, preiudicare Nicenum concilium, arg. di. l. Domino in fine. Dicatur ergo utilem esse consensum religiosorum, non autem necessarium. Et quod dicitur irritam esse, si exclusis ipsis facta fuerit, intelligatur de exclusis ex industria et in
 135 contemptum. Et nota ibi casum ubi ualet alicuius absentia ad aliquid irritandum, ubi non ualet presentis contradictio. Simile ff. de re iudicata l. Duo, contra arg. di. liiii. Quis aut in fine. Set numquid omnes religiosi debent interesse? Resp.: Non, set qui inter religiosos sunt primi ut abbates et priores. Set quid, si ex uno latere tres canonici cum omnibus
 140 religiosis unum eligerent, ex alia decem canonici? Resp.: Decem electio ualeret. Set numquid religiosi qui episcopo non subsunt, puta priuilegio Romane ecclesie exempti, interesse debent? Resp.: Nequaquam, quia eos non tangit, unde sine ipsis potest expediri.
q.11 Item queritur si commissa fuerit electio ab uniuersitate tribus
 145 et illi eligant unum ex se, an talis electio debeat canonica censi.

q.10 125 sufficiat *om.* P 129 Niceno] i Niceno P 130 constitutionibus] 9stcō P, 9stō LaL, 9stitō D, institutionibus B, *om.* Z 132 Innocentii] Innotenti F' P, F' *add.* La 132 Niceum P 134 si] set P 136 nota LZ, not' PLaD, notat B 137 Simile - iudicata] Similiter est de episcopis et clericis l. Nullus de religiosis (*Cod.* 1.3.22 = *Nov.* 123.8) B 137 Simile *om.* P 138 Set] § *praem.* PLaZ 141 eligerent LaL, elieg'ent P, eligeret Z, eligunt BD

q.10 128 D.63 c.35 129-130 D.63 p.c.34 131-132 D.63 c.35 133 D.50 c.28
 137-138 *Dig.* 42.1.39 138 D.54 c.11

Et non uidetur, quia ‘sumpsit sibi honorem’, ut viii. Q. i. In scripturis. Item ‘a se ipso ortus est’, ut xxiii. Q. i. Dicimus. Item suspectus est qui operas suas ingerit. Item ‘qui se importunum ingerit est repellendus’, ut i. Q. vi. Sicut.

150 **Econtra**: Iste se non elegit, set magis uniuersitas per istum eligere intelligitur. Item excusatur exemplo Ysaie qui se ipsum obtulit, ut viii. Q. i. In scripturis. Item: ‘Qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat’, ut viii. Q. i. Qui episcopatum.

155 **Solutio**: Dici potest electionem non tenere nisi forte uniuersitas eam ratam habuerit. **Item queritur** si aliquem ex aliena ecclesia illi tres elegerint cum in propria ecclesia multi essent idonei, an stare debeat electio. Resp.: Tenet.

160 **q.12 Item queritur** quare clericus alterius episcopi ab episcopo suo debeat postulari eligendus in episcopum, cum inuito episcopo possit clericus monachari, ut xix. Q. ii. Due, presertim cum fauorabilior sit lex publica quam priuata, ut vii. Q. i. Scias, Mutationes. Resp.: In habitu monachorum non presumitur ambitio, cum monasterium sit locus deiectionis; in episcopali uero electione ambitus presumi potest, cum locus sit prelationis. Ergo non est mirum si hic non oporteat postulari, 165 ibi uero debeat postulari.

q.13 Item de eo quod legitur lxxxv. di. Florentinum **solet queri** quare Florentinus qui iurauit quod numquam fieret episcopus ab electione repellatur, nam pretextu illius iuramenti repelli non debuit, nam illicitum fuit, ergo frangendum; sic ergo non debuit impediri.

q.11 147 ut] di. *add.* PLaL, dicitur *add.* D scripturis *mss.* (*cf. Ed. Rom.*), scriptis *Friedb.*
 148 ortus] ordinandus P Dicimus D² (*supra lin.*), di. *et lac.* P, d *et lac.* La, de L, d. Z,
 de episcopis et clericis l. Nullus *add.* B 149 ingerit!] egerit P 152 Ysaie ZBD,
 Esau PLa 153 scripturis *mss.* (*cf. Ed. Rom.*), scriptis *Friedb.* 155 forte] si *add.*
 PLa 156 habuerit] et ita potest alius quod non sibi vii. Q. i. Constituimus (C.7 q.1
 c.22 Constitutum), quidam dicunt in contrarium *add.* B 156 illi] alii P 157 ele-
 gerint LaD, elegerit P, elegerunt L, eligent Z, eligerunt B 157 an D, queritur an L,
 utrum B, *om.* PLaZ
q.12 161 ut] di. *add.* PLa, c. *add.* L 163 non *om.* PL 167 Florentinum] Florentiñ D,
 Honoratus PLaLZB 168 Florentinus] Florentinus honoratur D, Honoratus
 PLaLB, *om.* Z

q.11 147 C.8 q.1 c.9 148 C.24 q.1 c.31 150 C.1 q.6 c.3 152-153 C.8 q.1 c.9
 154 C.8 q.1 c.11
q.12 161 C.19 q.2 c.2 162 C.7 q.1 c.35; C.7 q.1 c.34
q.13 166 D.85 c.1 167-170 *Cf. S. Lips.* et *Hon. S. Decr.* ad D.85 c.1

- 170 **Solutio:** Dicitur potest eum illicite iurasse. Ceterum quia seruatum peior-
rem non uergebat in exitum, seruari debuit, ut in extra. de iuramentis
Si uero aliquis. Set si fuit incautum iuramentum, fuit periurium. Quare
ergo ut periurus non repellatur ab omni beneficio? Resp.: Quia super
hiis non accusabatur. Set quid, si post tale iuramentum esset electus?
175 Resp.: Cassari deberet, etiam consecratus deponi. Quid ergo de fratri-
bus de Grossomonte, qui iurant et uouent se numquam futuros episco-
pos? Resp.: Illicite uouent, arg. xvi. Q. i. Vos autem fratres.
q.14 **Item queritur** de illo capitulo xxiii. di. Illud, ubi dicitur quod,
si electo tempore consecrationis aliquid obicitur, debet se purgare. Aut
180 illi qui contradicebant accusabant aut simpliciter contradicebant. Si
accusabant, ergo tunc demum cogerebatur purgare, cum ipsi ab accu-
satione deficerent, et laboret infamia, arg. ii. Q. v. Presbiter uel, xxii.
Q. i. Omne. Si simpliciter contradicebant, quid est ergo quod iubetur
inquiri de personis ipsorum, cum nichil uellent astruere? Item numquid
185 propter eorum simplicem assertionem tenebatur se purgare? Item ad
quid iubetur inquiri de personis contradicentium, cum sine omni con-
tradictione cogerebatur ad purgationem, si eius laboret infamia? Resp.:
Dicatur non fuisse accusantes, set simpliciter contradicentes, et ideo
iubetur inquiri de ipsis ut sciretur cuius essent opinionis, ut ita magis
190 uel minus eis crederetur et sic purgaret uel non; nec precise cogebatur
ad purgationem, set ita demum si uellet promoueri. Item obicitur aut
laborabat eius fama uel non. Si laborabat, ergo nulla eius erat electio. Si
non, ergo non cogebatur se purgare. Resp.: Nulla est obiectio, nam
tempore facte electionis non fuit infamatus, tempore autem faciente
195 ordinationis aliquid uenit in notitiam electorum; ergo obiecto tenebatur
se purgare, si uellet consecrari.

q.13 171 Solutio] Sic ergo P 176 deberet *margin.* P 177 uouent LaZ, mouent PB, fo-
uent L, uouerunt D 178 uouent LaLZB, nouent P, uouerunt D

q.14 193 laborabat¹ PZD, laborat LaLB laborabat² PZB, laborat La, laborum D, *illeg.* L
196 uenit D, aduenerit Z, uenerat B, *om.* PLa, *illeg.* L 197 si] set P

q.13 171-172 JL 12293; *App.* 17.1; 1 *Comp.* 2.17.4; (X 2.24.8) 176 *Grossomonte* cf. Hon.
S. Decr. ad D.85 c.1 *Grandimontensium* 178 C.16 q.1 c.30

q.14 179 D.23 c.5 183 C.2 q.5 c.5 183-184 C.22 q.1 c.1

D.2 t.13 de iure patronatus

pr. Premisimus de electione episcopi cuius electio libera cleri est, cum in episcopali ecclesia nemo ius habeat patronatus. Ceterum cum in monasterio ius patronatus habeatur, poterit patronus uacante abbacia cum fratribus eligere, ut xviii. Q. ii. Abbatem. In ecclesia uero parochiali patronus solus eligit, ut xvi. Q. vii. Decreuimus. Videamus igitur de hoc iure patronatus.

q.1 Queritur utrum ius patronatus sit spirituale uel corporale uel mixtum.

Spirituale **non uidetur**, quia per successionem transfertur ad heredes sanguinis, ut xvi. Q. ult. Quicumque, Filiis, at spiritualia non sunt successiua, ut viii. Q. i. Moyses, Apostolica, Licet, Si ergo. Item corporale non uidetur, quia passim ad quoslibet posset transferri, quod non contingit de iure patronatus. Item mixtum non uidetur, nam sic passim posset uendi sicut cetera iura mixta ecclesiastica, utpote predia et huiusmodi, que sunt corporalia et ecclesiastica. Item si esset mixtum, idest seculare et ecclesiasticum, posset princeps statuere, ne laici de cetero in ecclesiis haberent ius patronatus, sicut potest statuere, ne prescriberent contra ecclesiam, etiam et ius prescriptionis similiter ius mixtum dicitur. Quid ergo?

tit. 3 *linearum spatium praem.* P, De iure patronatus *marg.* P fol. 68^{va}; 2 *linearum spatium praem.* La; De iure patronatus *supra col. et supra in lin. (rubr.)* D fol. 24^{vb}

tit. Ad totum titulum 13 cf. P. Landau, *Jus patronatus*

pr. 1 cleri LaB, dei PZD 5 solus eligit LaB, solet eligi P, solet eligere D, eligit Z
5 Decreuimus cf. an. 316 *Friedb.*

q.1 10-11 sunt successiua] sut cessiua P 16-17 laici - ne *marg.* P 17 haberent]
h'nēt P

pr. 4 C.18 q.2 c.4 5 C.16 q.7 c.32

q.1 7-8 Cf. Hon. S. *Decr.* ad C.16 q.7 c.26 (lin. 100-118) 10 C.16 q.7 c.30; C.16 q.7 c.31
11 C.8 q.1 c.6; C.8 q.1 c.7; C.8 q.1 c.15; C.8 q.1 c.16

20 **Solutio** Jo.: Dicatur quod est mixtum ecclesiasticum, scilicet eo quod
 de ecclesia habetur et pendet, unde non transit ad extraneas personas.
 Sic et priuatum, quia priuate persone competit, unde transit ad
 successores sanguinis. Est ergo corporale, set non nudum; alioquin ad
 omnes passim transiret. Est et spirituale, set non nudum; alioquin ad
 25 nullos omnino transiret. Nec est simile de prediis, cum illa, licet sint
 ecclesiastica, proprie tamen sunt corporalia et passim subiaceant
 uenditioni, quod de iure patronatus non contingit. Nec est simile de
 prescriptione, que, licet circa spiritualia nonnumquam uersetur,
 numquam tamen ius spirituale - licet ecclesiasticum - potest censi. Et
 30 cum ius prescriptionis originem traxerit a iure forensi, ius patronatus a
 mero iure canonico. Vnde licet princeps circa prescriptionem possit
 aliquid immutare, non tamen circa ius patronatus aliquid potest
 statuere. Vel secundum S. ius patronatus merum est sprituale, nec de
 mero iure, set dumtaxat ex dispensatione canonum est quod defertur
 35 per successionem. Quicquid ergo de iure patronatus quoad laicos in
 canonibus reperitur dispensatiue indultum ex gratia canonum dicatur,
 ut xvi. Q. v. c. i. Casus igitur in canonibus reperti teneantur, noui non
 introducuntur, cum ex dispensatione regula fieri non debeat, nec
 dispensatio ad consequentiam trahenda, ut xxxiii. Q. ii. In adolescentia,
 40 di. xxxiiii. Lector.

q.2 Item queritur utrum ius patronatus possit uendi.

Et uidetur, quia si uniuersitas uendatur et ius patronatus transit, ut in
 extra. de iure patronatus Cum seculum, ergo ex uendito potest
 possideri, ergo potest uendi.

q.1 20 Jo.] ideo L, om. B 24-25 Est - transiret marg. P 29 ius om. P 30 ius¹
 huius P 35 quoad LaBD, quod ad PLZ

q.2 41-42 ius patronatus - et² marg. P

q.1 20 *Solutio Jo.* cf. Jo. Fav. 65^{vb} ad C.16 q.7 c.26 33 *Vel secundum S.* cf. *Sim.* 324 ad
 C.16 q.7 c.26 37 C.16 q.5 c.1 39 C.33 q.2 c.14 40 D.34 c.18

q.2 43 JL 13960; WH 302; *App.* 15.13; 1 *Comp.* 3.33.16 (X 3.38.13)

- 45 **Econtra:** Res est spiritualis uel spirituali adnexa, ergo non subiacet uenditioni, ut i. Q. iii. Si quis obiecerit, expressum in extra. de iure patronatus Ad aures.
Solutio: Licet transeat occasione rei uendite, non tamen uendi potest per se ad instar fundi dotalis.
- 50 **q.3 Item queritur** filio patroni instituto ad presentationem patroni, quod licite fit, arg. xii. Q. ii. Quisquis, di. lxxxvi. Non satis, si ad ipsum deuoluatur ius patronatus patre mortuo cum bonis hereditariis, utrum utrumque sibi possit retinere et ecclesiam et ius patronatus.
Et uidetur, quia ecclesia iuste adeptata non potest priuari, ut xvi. Q. vii.
- 55 Inuentum. Item hereditate priuari non potest. Item 'non est nouum quod semel utiliter' etcetera, ut ff. de regulis iuris Non est nouum, arg. di. lv. Precepta.
Econtra: Hoc solum religiosis conceditur, ut uti possint temporalibus et habere ius patronatus, ut in extra. de iure patronatus Cum deceat.
- 60 Item isti sufficiunt bona hereditaria, unde si percipiat ecclesiastica sacrilegium incurrit, ut xvi. Q. i. c. ult. in fine, i. Q. ii. Clericos, Pastor. Setposito ipsum, dum esset in minoribus ordinibus, de legitimo matrimonio patre uiuente suscepisse filium et uxore mortua, ut dictum est, ad presentationem patris fuisse institutum et mortuo patre ipsum
- 65 habere bona hereditaria cum iure patronatus et ecclesiam, queritur utrum resignata ecclesia possit episcopus filium dignum et meritum ad eius presentationem instituere.
Et uidetur. Cum sit de legitimo matrimonio natus et dignus, quare repelleretur?

q.2 45 anexa PB 48 transseat P

q.3 51 Quisquis] Quis P 56 quod] que PZ utiliter *dupl.* P 61 Q. ii. *emend.*, Q. iii. *mss.* 61 Pastor *om.* P 69 reppelleretur P

q.2 46 C.1 q.3 c.7 46-47 JL 14158; WH 55; *App.* 15.16; 1 *Comp.* 3.33.19 (X -)

q.3 51 C.12 q.2 c.19; D.86 c.14 54-55 C.16 q.7 c.38 55-57 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.16 q.7 c.32 55-56 *non est - utiliter* in *Dig.* 50.17.85.1; cf. Hon. *S. Decr.* ad D.55 c.12 56 *Dig.* 50.17.85.1 57 D.55 c.12 59 JL 13829; WH 227; *App.* 15.24; 1 *Comp.* 3.32.3 (X -) 61 C.16 q.1 c.68 in §2; C.1 q.2 c.6; C.1 q.2 c.7 62-78 Cf. Hon. *S. Decr.* ad C.16 q.7 c.32 (lin. 4-11)

- 70 **Econtra uidetur** quod repelli debeat, tum ne iterum fiat confusio patronatus et ecclesie, tum quia edictum de filiis sacerdotum post patres non instituendis uidetur esse generale tam de filiis natis de legitima coniunctione quam de susceptis ex fornicatione.
- Solutio:** Ad primum dici potest eum ecclesiam de consilio resignare debere, licet de stricto iure ad hoc cogi non possit. Ad secundum dici potest filium esse repellendum, ne uideantur ecclesiastica esse successoria, ut viii. Q. i. Apostolica, nam generale uidetur illud edictum, ut in extra. de ordinatione filiorum sacerdotum.
- 75 **q.4 Item queritur** si duo ditauerint, utrum alter plus iuris quam alter in iure patronatus habere possit.
- 80 **Et uidetur.** Posito quod alter in maiori habundantia contulerit quam reliquus, uterque tamen ad sufficientiam, ecce utrique est acquisitum ius patronatus ditatione, alter magis ditauit quam reliquus, ergo plus iuris habet.
- 85 **Econtra:** Res est spiritualis, ergo sectionem non admittit, ut xvi. Q. i. Quia, nec ergo alter plus iuris habere potest quam reliquus.
- Solutio:** Dicitur debet neutrum plus altero iuris habere et ita ius patronatus ab istis haberi quod a neutro, licet non obsit dici ab utroque haberi in solidum, neutrum tamen per se posset presentare. Sic dicatur
- 90 de eo quod queritur, si ciuitas ecclesiam fundet, quod ibi nullus cuius est patronus, set tota uniuersitas, arg. xii. Q. ii. Qui manumittitur.
- q.5 Item queritur** utrum ius patronatus inter heredes possit diuidi, puta si plures sint ecclesie, ut singuli singularum ecclesiarum sint patroni.
- 95 **Et uidetur** quia, si fiat distributio prediorum, simul cum prediis transibit ius patronatus per simile eius quod dicitur de uniuersitate uendita supra; et hoc satis potest concedi. Set numquid simplex ius potest diuidi non facta diuisione prediorum?

q.3 74 eam PB

q.4 89 insolitum P 90 est om. P 91 manumittatur *Friedb.*

q.3 77 C.8 q.1 c.7 77-78 *App. t.19, Bamb. 33*

q.4 79-91 Cf. Hon. S. *Decr.* ad C.16 q.7 c.26 (lin. 53-54) 85-86 C.16 q.1 c.59
91 C.12 q.2 p.c.58 in §1

Non uidetur, nam ius illud priuate persone conferri non potest, ut xvi. Q. vii. Nemini. In monasterium simplex ius conferri potest, ut in extra. de iure patro. Illud. Set nonne patronus predium retento sibi patronatu potest alienare?

Responsio: Sic ius patronatus simplex ab aliquo priuato haberi potest, fieri autem non potest, sicut mancipium Christianum in dominio gentilis esse potest, fieri autem non potest.

q.6 Item queritur utrum clericus de manu laici beneficium adipisci possit ecclesiasticum.

Non uidetur, ut xvi. Q. vii. Quoniam, ubi excommunicatur talis, c. Si quis episcopus, ibi deponitur talis.

Econtra uidetur quod talis se tueri possit, si 'longa fuerit prescriptione munitus', ut in extra. de iure patronatus Cum pastoralis. Sed directo uidetur nulla prescriptione se posse tueri. Constat enim in hoc casu iniustum fuisse prescriptionis exordium. Nulla ergo prescriptio in hoc casu locum habet, ut xciii. di. Illud, in di. c. Contra morem, xxxiii. Q. v. Quod Deo.

Solutio: Dici potest quod tueri se possit non momento longe prescriptionis, set pretextu diurne episcopalis taciturnitatis, qua episcopus uidebatur consensisse et negotium ratum habuisse. Vel legatur illud 'aut' quod in eadem decretali sequitur 'pro' et planum erit.

q.7 Item queritur, si unus in sua possessione ecclesiam fundauerit et alius eam ditauerit, quis eorum patronus censi debeat.

Et uidetur quod dominus possessionis, ut xviii. Q. ii. Abbatem; item cum ius patronatus hoc modo quasi substantialiter adquiratur, quia possessioni coheret, per ditationem uero accidentaliter utpote per extrinseca adminicula.

q.5 103 aliquo LZBD, alio P, a^o La 105 non *om.* P

q.6 114 xxxiii. Z, xxxii. PLaBD, xxii. L 119 illud aut quod LaZ, illud quod PLD, illud uel B

q.7 121 patronus *om.* P

q.5 99-100 C.16 q.7 c.40 100-101 JL 14154; WH 761 (g); *App.* 15.6; 1 *Comp.* 3.33.10 (X 3.38.8); cf. Hon. *S. Decr.* ad C.16 q.7 c.26 (lin. 76)

q.6 108 C.16 q.7 c.13 108-109 C.16 q.7 c.14 111 JL 13893; WH 329; *App.* 15.9; 1 *Comp.* 3.33.13 (X 3.38.11) 114 D.93 c.22; D.100 c.8 114-115 C.33 q.5 c.4

q.7 122 C.18 q.2 c.4

Econtra: Per ditationem uidetur potius adquiri, cum, nisi sufficienter esset ditata, consecrari minime deberet, ut xvi. Q. vii. Pie, cum etiam, nisi ministris sufficere posset, alii ecclesie supponeretur, ut x. Q. iii. Vnio, et ita fieret capella et ancilla, que modo est per eum qui ditauit
130 matrix et libera. Quid ergo?

Solutio: Dici potest dominum possessionis esse patronum quoad ius presentandi. - Numquid igitur aliquid iuris alii est adquisitum? Resp.: Est. Licet enim nichil habeat honeris, habet tamen aliquid commodi et honoris, ut xvi. Q. vii. Quicumque, Filiis, Q. i. Constitutum, quod etiam
135 habet et reliquus.

q.8 Item posito quod ecclesia ad alium locum transferatur, **queritur** utrum is esse debeat patronus noue qui fuit patronus ueteris.

Et uidetur quod sic, presertim si ex ditatione ius patronatus fuerit adquisitum, cum diuitie, possessiones scilicet et huiusmodi, que ecclesie
140 erant collata simul transeant, cum idem iuris esse debeant in accessorio quod est in principali.

Set econtra uidetur quod is in cuius possessione ecclesia construitur patronus esse debeat, cum is ceteris in iure presentandi preferri debeat secundum premissam rationem. Quod quidem uerum est, nam possessionis dominus patronus erit quoad ius presentandi, alius uero quoad
145 alia.

q.9 Set quid si hereticus uel excommunicatus presentet? Numquid tenetur episcopus admittere?

Resp.: Nequaquam; arg. xvi. Q. vii. Pie, Trigentius. Quid ergo faciet
150 episcopus elapsis duobus uel tribus mensibus?

Secundum quod sibi melius prelato uisum fuerit poterit eum ordinare, ut in extra. ex concilio Romano Quoniam.

q.7 129 capl'ia P

q.8 134 honeris PZ 136 locum om. P

q.9 149 Trigentius PLaL, Trigentius Friedb., Frugentius B, Frigetius D (cf. an. 64 Friedb. et Ed. Rom.), Frigeri Z 151 eum Z, eam PLaLBD 152 ex om. P

q.7 127 C.16 q.7 c.26 128-129 C.10 q.3 c.3 134 C.16 q.7 c.30; C.16 q.7 c.31
134-135 C.16 q.1 c.60

q.9 149 C.16 q.7 c.26; C.16 q.7 c.27 152 3 Conc. Lat. c.17; 1 Comp. 3.33.4 (X 3.38.3)

q.10 Item queritur utrum, si non dominus presentet et episcopus instituat aliquem ex post facto comperto quod ille dominus siue patronus non fuerit, possit amoueri.

Videtur quod non, nam sola episcopalis institutio absque omni presentatione preualet, ut in extra. de iure patronatus Dilecti, longe magis, cum aliqua precesserit, ut in extra. t. e. De cetero.

Econtra: Quod fit in huiusmodi sine presentatione patroni ratum non habetur, ut xvi. Q. vii. Decreuimus. Item expressum arg. in extra. de iure patronatus Dilectus.

Solutio: Si is qui presentat in possessione sit patronus et credatur patronus, non irritatur institutio, licet alius ius patronatus postmodum euicerit, quo casu loquitur illud f. Secus quando is presentet qui non est in possessione uel saltem nec creditur esse patronus, quo casu loquitur C;. Item ibi sufficit sola institutio episcopi, ubi nullum presentat patronus uel ex iniusta causa presentationem differt, ut :C; ibi nulla est institutio, ubi spreto patrono instituit, ut ·o·.

q.10 157 Dilecti] c̄ add. P, :-̄ supra lin. add. La 158 De cetero] Detero P 159 fit LD, sit PLaB, si Z 160 habetur B, habet PLaLD, haberi Z Decreuimus PZBD (cf. an. 316 Friedb.), Decernimus LaL 164 illud f La, illud PLD, idem capitulum De cetero B, om. Z 164 is] qui add. P 166 C; P, C; La, y Z, capitulum Dilectus B, om. L 166 sala P 167 ut om. PZ :C; P, :-̄ La, cumque et L, in illo capitulo Dilecti B, om. ZD 168 ut ·o·: P, ut o·: La, ut Q Z, ut in illo capitulo Decreuimus B, ut or D, om. L

q.10 157 JL 14085; WH 354; App. 15.22; 1 Comp. 3.33.24 (X-) 158 JL 12636; WH 184 (b); App. 15.20; 1 Comp. 3.33.23 (X 3.24.4) 160 C.16 q.7 c.32 160-161 JL 13764; WH 364; App. 47.2; 2 Comp. 3.24.1 (X-) 164 illud f sc. De cetero JL 12636; WH 184 (b); App. 15.20; 1 Comp. 3.33.23 (X 3.24.4) 166 C; sc. Dilectus JL 13764; WH 364; App. 47.2; 2 Comp. 3.24.1 (X-) 167 :C; sc. Dilecti JL 14085; App. 15.22; 1 Comp. 3.33.24 (X-) 168 ·o·: sc. C.16 q.7 c.32

D.2 t.14 de ordinatione

pr. Premisimus de electione et quoniam ‘electio et consecratio unum faciunt episcopum’, ut di. xl. Sicut, ideo non immerito de consecratione et ordinatione clericorum uideamus. Et primo de consecratione episcoporum prelibantes, uideamus que de consecrationis substantia sint.

5 **q.1** **Imprimis ergo queritur** an numerus consecrantium sit de substantia consecrationis.

Et uidetur, quia a paucioribus consecratus nec nomen episcopi habebit, ut di. lxviii. Corepiscopi. Item hec forma ab apostolis fuit introducta, ut di. lxvi. Porro, et a Nicena sinodo confirmata, ut di. lxiiii. Extra. Set
10 quicquid super uniuersali statu ecclesie introducatur ab apostolis uel a plenariis conciliis, a summis pontificibus non potest immutari, ut xxv. Q. i. Sunt qui. Sic ergo nec illa forma apostolica potest immutari. Sic ergo de substantia est. Set si hoc est uerum ecclesia numquam formam
15 illam posset immutare, quod non uidetur esse uerum, quia si non esset in mundo nisi unus episcopus, uidetur quod ille episcopum posset consecrare, quia in articulo necessitatis claudicat regula iuris.

tit. 4 *linearum spatium praem.* P, De ordinatione *marginis*. P fol. 69^{ra}; 2 *linearum spatium praem.* La, de ordinatione *marginis*. La fol. 176^{va}; De consecratione *supra col. et supra in lin.* (rubr.) D fol. 25^{vb}; de consecratione episcoporum *marginis*. B fol. 33^{rb}

q.1 2 Sicut *om.* Z 8 lxviii. Corepiscopi] lxiii. c. Episcopi § Sequitur B 12 Sunt qui] Sicut qui dicunt B, Sunt quidam dicentes *Friedb.* 12 ergo *om.* P 16 iuris] ut di. lv. Priscis (D.55 c.1) *add.* Z, ut de con. di. iiii. (*De cons.* D.4), xii. q. i. Fraternalitatis (C.12 q.2 c.11 Fraternalitas) *add.* B

pr. 2 D.40 c.8

q.1 7 *nec - habebit* cf. D.68 c.5 in §2 8 D.68 c.5 9 D.66 c.2 D.64 c.5
11-12 C.25 q.1 c.6

Solutio: Dicatur precise de substantia consecrationis esse quod a tribus ad minus debeat consecrari, licet quibusdam uideatur contrarium. Et quod dicitur unum solum in mundo superstitem non posse consecrare
 20 uerum est, quia non posset ecclesia pretextu alicuius necessitatis immutare formam. Nam que est ratio quod in necessitate et non extra posset hoc? Et quidem non posset, sicut non posset ecclesia statuere, ut frater cum sorore contraheret, si non essent alii qui possent contrahere.

q.2 Set de hoc quod dicitur lxvi. di. Porro **queritur** qualiter intelligi
 25 possit quod dicitur Iacobum a tribus fuisse ordinatum, quia uel ante fuit ordinatus uel non. Si fuit ordinatus, ergo iterata fuit consecratio. Si ipse non fuit ordinatus, ergo nec illi qui sibi manus imposuerunt, quia omnes 'pari consortio et honore' prediti fuerant, ut di. xxi. In nouo. Sic ergo illi qui numquam honorem habuerunt, honorem dare poterant.

30 **Contra** illud i. Q. i. Qui perfectionem.

Solutio: Dici potest ibi poni ordinari pro intronizari, ut di. lxxx. Episcopi. Set hoc stare non potest propter hoc quod sequitur, scilicet 'dantibus formam' etcetera, nam secundum hoc de forma esset quod a tribus intronizaretur. Et hoc falsum est nisi dicatur forma pro exemplo
 35 uel accipiatur ordinari proprie pro consecrari, et hoc melius. Omnes enim antea erant episcopi, set nullus adhuc corporaliter erat inunctus, unde necesse fuit, ut forma consecrandorum episcoporum ab ipsis apostolis sumeret exordium. Ordinabant ergo Iacobum, idest corporali unctioe ungebant qui ante inuisibili Spiritus Sancti crismate inunctus
 40 erat. Illa ergo unctio nichil operatur in eo quantum ad effectum, set quantum ad significationem; significabat enim dignitatem sibi ante fuisse collatam. Simile de eo cuius baptisma ignoranter iteratur, ut di. lxviii. Quod ergo.

q.2 26 consecratio] ordinatio Z 30 illud] id *add.* P perfectionem Z, perfectō PLa, perfcō D, profecto L, profectum B 32 propter ZB, quod PLaLD 37 necessarie P, necessarium B

q.2 24 D.66 c.2 28 D.21 c.2 30 C.1 q.1 c.17 31-32 D.80 c.3 33 *dantibus formam* cf. D.66 c.2 43 D.68 p.c.2

q.3 De crismate non est questio, quin sit de substantia. Set de
45 tempore **solet queri** utrum scilicet de substantia sit, quod 'die Domi-
nico et hora tertia' debeat consecrari.

Et uidetur, ut di. lxxiiii. c. i. Item quia etiam tali die Barnabas et Pau-
lus manus impositionem ab apostolis susceperunt, ut di. lxxv. Quod die.

Econtra: Quia presbiter et quiuis inferior iubetur deponi, si 'extra
50 constituta tempora fuerit ordinatus', ut di. lxxvii. Subdiaconus, et si
deponitur, ergo fuit ordinatus; pari ratione dicendum idem est de epis-
copo.

Solutio: Placet quibusdam alio die quam Dominico non posse
consecrari, quia de substantia uidetur esse propter formam ab apostolis
55 traditam, nec est simile de aliis ordinibus, quorum tempora ab apostolis
non reperiuntur definita. Vel dicatur tempus non esse de substantia et
hoc uerius.

q.4 De benedictionibus similiter **queritur** an sint de substantia.

Et uidetur, ut xxiii. di. Episcopus, de con. di. v. Numquid.

60 **Solutio:** Quibusdam placet eas esse de substantia, quod tamen non
uidetur, nisi benedictiones etiam ab apostolis fuissent introducte. Set
nec tunc secundum quosdam, nam si ille periissent, alie possent adhi-
beri.

q.5 De pallio autem quod metropolitano indulgetur, cuius pretextu
65 duo officia potest, concilium celebrare et episcopos consecrare, ut di. c.
Quoniam, multa solent dubitabilia proponi. Primum utrum sine pallio
metropolitanus possit episcopum consecrare.

Resp.: Non potest, ut ☩. Et numquid episcopi simplices non possunt?

Resp.: Sic. Et hic est casus, ubi quid licet minori, quod non licet maiori.

q.3 47 lxxiiii.] lxxv. B (cf. AF ad loc.) 51 est om. P 54 propter marg. P

q.4 58 sit PL 59 Non quid Z 60 Quibusdam] Quibus P

q.5 65 consilium P 68 ut ☩ et P, ut ☩ et La, ut di. c. Quoniam et Z, ut e. t. D, set L,
et B 69 ubi - maiori] ut quid licet maiori non licet minori Z

q.3 45-46 die - tertia cf. D.75 c.1; cf. S. Lips. ad D.75 c.1 47 D.75 c.1 (D.73 palea;
in nonnullis codd. Grat. D.74 incipit a D.75 pr. vulg. et D.75 a D.75 p.c.1 vulg.)
48 D.75 c.5 50 D.77 c.4

q.4 59 D.23 c.7; De cons. D.5 c.10

q.5 65-66 D.100 c.1 68 ut ☩ sc. D.100 c.1

- 70 Set nonne auctoritate electi in metropolitanum suffraganei possunt consecrare episcopum? Resp.: Secundum quosdam non, secundum alios sic, et hoc uerius, nam auctoritate capituli sedis metropolitane uacantis secundum quosdam possent. Et hic est casus, ubi quis per alium potest expedire, quod non per se. Set quid, si pallium suum amiserit? Num-
- 75 quid poterit episcopum consecrare cum pallio predecessoris uel alterius episcopi? Resp.: Non uidetur. Immo oportebit eum mittere ad papam pro alio. Numquid ergo non omnia poterit que ante poterat? Resp.: Non. Immo dormit interim eius potestas quoad illa. Set quid fiet de pallio mortui? Resp.: Sepelietur cum pallio. Set nonne in concilio uti
- 80 poterit pallio, cum ad concilia celebranda sit indultum? Resp.: Non, quia extra missarum sollempnia non est eo utendum. Set numquid non in processione? Resp.: Non. Set numquid in omnibus missis eo debet uti? Resp.: Non, set tantum in diebus sollempnibus, arg. de con. di. i. Porro. Set quid si contingeret archiepiscopum in aliena ecclesia
- 85 archiepiscopali celebrare rogatu illius archiepiscopi nec haberet proprium pallium? Numquid celebrare posset cum pallio illius archiepiscopi? Resp.: Non uidetur. Quibusdam tamen econtra uidetur. Set quid si archiepiscopus fiat primas? Numquid nouum petet pallium et numquid interim non poterit episcopum consecrare uel concilium
- 90 celebrare? Resp.: Hec maiori indigent inquisitione.
- q.6** De collatione minorum ordinum **queritur** an tempus sit de substantia; set hoc est supra definitum.
- q.7** **Solet tamen queri** quare potius ieiuniis quattuor temporum celebrentur ordinationes quam aliis ieiuniis.
- 95 **Et dici potest** quoniam propter ieiuniorum celebritatem, quoniam per eque apud omnes obseruantur, et quia aliud ieiunium in ueteri testamento non reperitur fuisse commendatum, licet aliis temporibus quidam sanctorum tunc ieiunasse legantur.

q.5 83 sollempnioribus PB 87 contra P 89 inteterim P consecrare] ordinare Z
89 confilium P

q.5 83-84 *De cons.* D.1 c.56

q.8 Set queritur quare tantum sabbato celebrentur.

100 **Resp.:** Forte propter reuerentiam sabbati et quia ea die solent homines ab operibus seruilibus circa uesperas uacare et ad ecclesias conuenire et coram multis, ut di. lxxv. Ordinationes, debet fieri ordinatio.

q.9 Item solet queri quare in uigilia Pentecostes non celebretur ordinatio sicut in uigilia Pasche.

105 **Resp.:** Secundum quosdam quia nondum apostoli susceperant Spiritum Sanctum et in ordinatione confertur Spiritus Sanctus, uel quia pari ratione nec etiam in uigiliis Pasche esset ordinandum, quoniam nec tunc acceperant apostoli Spiritum Sanctum, ideo dicatur eo die non esse celebrandam ordinationem, quia cum in ordinatione representetur
110 Spiritus Sancti infusio, inutiliter uideretur sequenti die representari aduentus Spiritus Sancti, cum proxima precedente die sit representatus in ordinatione.

q.10 Item queritur qualiter sit intelligendum quod dicitur di. lxxv. Quod a patribus, 'scilicet post initium noctis diei Dominice' esse
115 celebrandam ordinationem, cum sine missa non sit celebranda nec missa sit cantanda de nocte. Vnde dicatur ibi uocari initium noctis hora illa in qua solet uespertinum officium celebrari, quod pertinet ad diem subsequentem. Vnde nichil aliud est post initium noctis ordinari quam circa horam uesperarum in qua propter officium secundum rationem
120 ecclesiasticam dies Dominica subsequens uel eius nox dicitur habere initium et 'circa uesperas' debet ordinatio celebrari, ut di. lxxv. c. ult., quia ea hora solet conuenire populus. Et propter dignitatem diei Dominice subsequentis cui horam illam constat ascribi, ut e. di. Quod a patribus.

q.8 99 quare *om.* P

q.9 104 Pasche] Passe P 109 ordinatione] ord'iectōe P 110 die *om.* P
111 procedente P

q.10 116-117 hora illa BD, horam illam PLaLZ 119 uesperarum LaB, uespertinarum P,
uespentinam L, uesperis D, *om.* Z 123 a] autem PLa

q.8 102 D.75 c.1

q.10 113-114 D.75 c.4 121 D.75 c.7 123-124 D.75 c.4